ſe inteſtina: dum neceſſitati naturę obtemperat. Huius temporibus Fulgentius natione apher rupenſis epiſcopus: qui in ſardiniam quoq; cum aliis catholicis aphricę a trāſ mundo exulatum miſſus eſt: nil prætermiſit quod ad uerā chriſti fidem pertineret docendo: prędicando monendo. Edidit & libros de trinitate: de libero arbitrio: de regulis fidei. Scripſit & contra Pelagianam hęreſim. Orationes quoq; habuit ad populos elegantes quidem & graues.

Hegeſippus

Iuuit etiam ſcriptis ſuis eccleſiam dei Hegeſippus uir doctiſſimus: qui & monachorum regulas compoſuit: & ſancti Seuerini abbatis eleganti ſtilo uitam edidit. Fauſtus autem apud Gallos epiſcopus multarū ſcripſit copioſe & ornate: ſed eius illud opus potiſſimum laudatur: quod contra Arrianos ſcripſit: in quo oſtendit triada hoc eſt trinitatem eſſentialem eſſe. Scripſit & contra eos qui dicunt in creatis aliquid incorporeum eſſe: qua in re oſtendit: tum patrum ſententiis: tum diuinæ ſcripturæ teſtimoniis ſolum deum incorporeum dici poſſe: ne etiam creata īcorporea dicerentur. Hæc de Anaſtaſio & eius pontificatu: qui ex ſacris ordinibus ſemel Decembri menſe in urbe habitis preſbyteros. xii. epiſcopos. xvi. creauit. Sepultus eſt autem in baſilica Petri. xiii. kalen. Decembris. Sedit annum unum. Men. x. dies. iiii. & .xx. Vacat tum ſedes dies quattuor.

SYMMACHVS .I.

499

YMMACHVS natione ſardus: patre fortūato mortuo Anaſtaſio pōtifex creatur: non ſine magna diſcordia. Nam dū pars cleri Symmachū apud Baſilicam Conſtantinianam pōtificem decernit: pars altera apud Baſilicā Mariæ in uia noua Laurentium in locū demortui Anaſtaſii ſuſficit. Seditio ingens in ſenatu ac populo Romano biffariam diuiſo ortū

Conciliū Rauennaſ

eſt unde omnium conſenſu concilium Rauennę indicitur: diſcuſſaq; re pręſente Thedorico Symmachus tandē in Pontificatu confirmat: qui certe magna clementia uſus: Laurentium competitorem Nucerinis epiſcopum dedit. Verū āno quarto poſt cler quidam ſeditionibus gaudentes: adiuuantibus feſto & probino ſenatorii ordinis uiris Laurentium reuocant: qua ex re indignatus rex Petrum Altini epiſcopum Romā mittit: qui pulſo utroq; ſedem teneret. Verum Symmachus habita centum & .xx. epiſcoporum. Synodo & obiecta conſtanti animo diluit: & omnium ſententiis obtinuit: ut Laurentius & Petrus malorum omnium capita relegarentur. Orta autem ob hanc rem

Gordian9

tanta ſeditio Romę eſt: ut multi tū ex clero: tū ex populo paſſim cęderentur: nec ſacris uirginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus preſbyter uir optimus ad uincula ſancti Petri: nec finis tantę cedis factus fuiſſet: ni Fauſtus conſul clericos miſeratus contra Probinū tanti mali auctorē arma ſumpſiſſet. Reſpirante deinde aliquantulū rep. chriſtiana: Clodoue9 pulſis Arrianis hęreticis & catholicos reduxit: & Pariſiorū ciuitatē regni caput conſtituit.

Manichei

Symmachus uero Manicheos tum ab urbe expulit eorūq; libros ante fores Conſtantinianę baſilicę concrēauit. Baſilicas uero multas: aut ornauit: aut a fundamentis erexit. Nam & templum beati Andreæ apoſtoli apud ſanctum Petrū ędificauit: multoq; argento & auro exornauit: & templū ipſius apoſtolorū principis ac porticū marmorib9 ope uermiculato in auguſtiorē formā redegit. Gradus quoq; ipſi9 baſilicę ampliores fecit: alioſq; gradus ſub diuo dextra leuaq;: epiſcopia pręterea conſtruxit. Aedificauit ēt baſilicā Agathę martyris uia aurelia in fūdo Lardario. Baſilicam ſancti Pancratii cū arcu argenteo librarū. xv. In baſilica Pauli renouauit: apſidā cui ruina īminebat: picturiſq; ornauit: poſt apſidā uero aquā introduxit: balneūq;

Laus ſimmachi

a fundamento erexit. In urbe aūt baſilicā ſanctorū Sylueſtri & Martini a fundamētis

extruxit:iuxta Traiani thermas ubi & ſupra altare cyborum fecit argenteum librarum centum.xx.Arcus argenteos librarum.x.Confeſſionem argenteam librarum.xv.Suggeſtum quoq; errexit porphyreticis & cruſtis marmoreis inſignem.Fecit & gradus baſilicæ Ioannis & Pauli poſt Apſidem.Auxit & baſilicam archãgeli Michaelis:aquãq; introduxit.Sanctorum Coſmi & Damiani Oratoria a fundamentis errexit uia tyburtina infundo Paciano:adiuuantibus Albino & Glaphyra illuſtribus uiris.Pauperibus quoq; ad baſilicas Petri & Pauli habitacula extruxit:curauitq; nequid eis deeſſet:quod ad uictum pertineret.Amator enim pauperum fuit:& epiſcopis ac cetæris clericis in Aphrica & Sardinia propter catholicam fidem exulantibus pecunias & ueſtes ſubminiſtrabat.Reparauit etiam Baſilicam ſanctæ fœlicitatis:& apſidã beatæ Agnetis cum baſilica:quæ ruinam minabantur in meliorem formam reſtituit.Redemit & captiuos in diuerſis prouinciis multa pecunia.Conſtituit item ut die Dñico uel nataliciis martyrum caneretur hymnus.Gloria in excelſis deo.Cœmiterium quoq; Iordanoꝝ uel fecit uel in meliorem formam redegit.Nil poſtremo omiſit:quod ad omnipotentis dei gloriam pertineret.Huius quoq; tempore eccleſiam dei multum iuuit Gẽnadius Maſſilienſis epiſcopus:qui diligens Auguſtini imitator & librum de dogmatibus compoſuit:& quid cuiq; ad ſalutem neceſſarium eſſet declarauit.Scripſit item de uiris illuſtribus Hieronymum imitatus. Symmachus autem creatis duobus.&.xc. preſbyteris: diaconis.xvi.epiſcopis.cxvii.habitis de more ſacris ordinibus moriens ad baſilicam Petri ſepellitur.xiiii.kalen.Auguſti.Sedit autem annis.xv.Men.vi.diebus.xxii. Vacat tum ſedes dies.vii. Gẽnadius

HORMISDA .I.

HORMISDA patria Fruſinonius:patre iuſto ad Theodorici & Anaſtaſii tempora peruenit a conſulatu ſenatoris uſq; ad conſulatum Boetii & Symmachi:quos Theodoricus ob ſuſpitionem affectatæ libertatis exilio primo:mox carcere afficit.In hac calamitate cõſtitutus Boetius multa ſcripſit:quæ adhuc leguntur.Trãſtulit & pleraq; ex Ariſtotele eadẽq; cõmentatus eſt.In Mathematicis doctiſſimus eſt habitus:quod ei9 muſice & arithmetice oſtendunt.Poſtremo uero cũ Symmacho ſenatore Theodorici iuſſu necatur.Sũt autem qui ſcribant Boetium tantam calamitatem ſubiiſſe:quod in Arrianos inueheretur:ad quos Theodoricus declinauerat.Superior ſententiã mihi uerior uidetur.Hormiſda autem hortãte Theodorico prouincialem ſynodum in urbe habuit: omniumq; conſenſu Eutichianos iam antea improbatos damnauit.Ioannẽ quoq; cõſtantinopolitanum epiſcopum litteris & nunciis adhortatus eſt:ut ab eadem hęreſi deſiſteret:crederetq; duas in chriſto naturas eſſe:diuinam & humanam.Deſiit parere Ioannes Anaſtaſii uiribus fretus:quem non ita multo poſt fulminẽ ictum dediſſe pœnas creditum eſt:tum propter hæreſim quæ grauis erat:tum uel maxime:quia legatos ab Hormiſda miſſos contra ius gentium magna affecerat contumelia:reiectos enim a ſe naui quaſſa & rimoſa ea conditione nauigare iuſſit:ut recta in Italiam redirent:nec ullum græciæ littus attingerent.Hæc etiam eiſdem mandata ad põtificem dediſſe referũt: ut ſciret imperatoris proprium eſſe imperare:& non imperatã pontificis aut cuiuſuis alterius accipere.Fuere autem Legati Euodius Ticinenſis epiſcopus: Fortunatus Catinẽſis: Venantius urbis Romæ presbyter:& Vitalis diaconus.Mortuo itaq; Anaſtaſio.vii. &.xx.iperii anno:Iuſtinus orthodoxæ fidei amator iperiũ accipit:ac ſtatim nũcios ad põtificẽ mittit:q & ſedis apoſtolicæ auctoritatẽ cõfirmarent:& pacẽ eccleſiis oib9 exqre

Boetius Symmachus

Anaſtaſi9

Iuſtinus

rent:quantum per religionem concederetur. Qua re pmotus Hormiſda Theodorico
annuente Germanum campanum epiſcopum: Ioãnem & blandum præſbyteros:&
Fœlicem ac Dioſcorum diaconos legatos ad Iuſtinum mittit:qui eos nullo non gene
Acatius re honoris adhibito:effuſa obuiam honoris gratia monachorum:ac magna orthodo-
xorum & illuſtrium uirorum multitudine honorifice accepit:congratulante clero una
cum Ioanne conſtantinopolitano epiſcopo. At qui cum Acatio ſentiebãt iſtorum ad-
uentum ueriti:ſe in templo quodam munitiſſimo incluſerunt:& nuncios habita cõſul
tatione ad Imperatorem miſere:affirmantes ſe nullo pacto in ſententiam apoſtolicæ
ſedis uenturos:niſi ei reddita fuerit ratio:quam ob rem Acatius dãnatus eſſet:hos oẽs
Manichei Iuſtinus ex templo atq; ab urbe expulit. Idem fecit Hormiſda contra Manicheos iteꝝ
in urbe Roma pullulantes:eorumq; codices ante fores baſilicæ conſtantinianæ incen-
dio conſumpſit. Eodem tempore mortuo in Aphrica tranſmundo Vandalorum re-
ge: Ildericus filius quem ex captiua Valentiniani filia ſuſceperat regnum obtinet. Hic
non hereſim paternam imitatus:ſed matris catholicæ monita ſecutus:omnes catholi-
cos:quos Tranſmundus in exilium miſerat reduxit.atq; eos ſub inſtituto uiuere per-
miſit. Dona præterea multa ac precioſa eodem tempore Romã ad ornandas baſilicas
ſanctorum ſunt miſſa. Gemmas enim magnę ęſtimationis Clodoue9 rex Francię mi-
ſit. Delata & dona: tum aurea: tum argentea: Delata euangelia cum tabulis aureis gẽ
mis diſtinctis a Iuſtino imperatore uoti gratia. Miſit & Patenam auream libraꝝ.xx.
cum hiacynthis. Scyphum aureum gemmis circundatum. Ornauit & templum bea-
ti Petri Theodoricus rex trabe argentea mille &.xl. librarum. Ceroſtratis argẽteis duo
bus libraꝝ.lxx. Certauit & Hormiſda muneribus cum his pricipibus. Locauit.n. ante
altare conſtantinianę baſilicę coronam argenteam librarum.xx. cantharos argenteos
ſex. Ornauit etiam templum Pauli ſcyphis argenteis decem. Annis argenteis tribus.
His demum ex ſententia peractis cum etiam de more preſbyteros unum &.xx. epiſco
pos quinq; &.l. creaſſet. moritur ac ſepellitur in baſilica Petri. viii. idus Auguſti conſu-
latu Maximi. Sedit annis.ix. Diebus.xviii. Vacat tum ſedes dies.vi.

IOANNES .I.

IOANNES natiõe thuſcus: p̃re conſtãtio a conſulatu maximi uſq; ad
conſulatum Olibrii peruenit Theodorici regis temporibus & Iuſtini au
guſti:qui orthodoxę fidei diligentiſſimus obſeruator:ut tandem hereti-
Theodoricus corum nomen extingueret: Arrianos expulit:eorumq; eccleſias catholi-
cis aſſignauit. Quam quidem rem Theodoricus ægre ferens: Ioannẽ põ
tificem: Theodorum:duoſq; Agapitos oratores ad Iuſtinum mittit:q eum adhortarẽ
tur:ut Arrianos reſtitueret:ſin ſecus animatus eẽt:ſciret ſe omnes Italię eccleſias catho
licas preſertim demoliturum. Magnifice & perbenigne primo quidem excepti legati
ſunt:qui ubi rationem legationis expoſuere:cum flectere Iuſtinum non poſſent:ad lã
chrymas uerſi ac ſuppliciter petentes:ut periturę Italię una cum catholicis omnibus
ſubueniret:eo tandem pium hominem perpulere:ut Arrianos reſtitueret:atq; eos ui-
uere ſuis legibus & inſtitutis ſineret. Sunt qui ſcribant Theodoricum rabię ſęuiendi
tum incitatum: Symmachum & Boetium reuocatos ab exilio & carcere eo tempore
occidiſſe:ut cunque ſit necatos Theodorici iuſſu cõſtat:nec multum refert hermiſdę:
ne an Ioannis temporibus aſcribantur. Ioannes autem Rauennam ad Theodoricum
rediens:in carcerem propere coniicitur:ac parum abfuit quin eum ſtatim occideret:
adeo in hominem exarſerat: & fide & moribus cum Iuſtino ſentientem. Periit tamẽ ſan

ctiſſimus homo in carcere pedore ſitit:& inedia:quã quidem ſæuitiam ira diuina non
ita mulro poſt grauiore pœna cõpeſcuit.Apoplexia eni Theodoricus moritur : eiuſq;
aĩa(ut quidã heremita uir ſanctiſſimus retulit)in ignem liparcum imerſa eſt. Theo
dorico autem in regnũ Amalaſiunta filia ſucceſſit:cũ gnato athalarico:quẽ ex Eucha mors theodorici
rio mariro ſuſceperat.Quæ quidem mulier ſupra ſexum prudentia uſa:& patris decre
ta mala præſertim emendauit:& Boetii ac Symmachi filiis bona paterna in fiſcum de Amalaſiũta
lata reſtituit:& filiũ optimis diſciplinis erudiuit:aduerſantibus Gotthis & acclaman
tibus:non litteris:ſed rei militaris diſciplina regem ſuum imbuendum eſſe. Iuſtinus
autem ſenex admodum eodem ferme tempore Iuſtiniano ſororis ſuæ filio imperatore Iuſtinian9
relicto moritur:& Clodoueus Franciæ rex filiis quattuor in regno relictis.Fuere tum
in precio & Benedictus Nurſinus:qui rationem monaſticæ uitæ Italis dedit:& Brigi Benedict9
da Scotia mulier ſanctiſſima:& Ioannes Antiochenæ eccleſię prẽſbyter:qui multa cõ Brigida
tra eos ſcripſit:qui in una tantum ſubſtantia chriſtum adorandum cenſebant.His ad
dit Iſidorus Cyprignium quendã epiſcopum hiſpanũ:qui eleganter in Apocalypſim
ſcripſit.Ioannes autem pontifex:antequã conſtantino polim proficiſceretur tria cœmi
teria reſtituit.Primum fuit Nerei & Archelai uia ardeatina.Secundum ſanctorũ mar
tyrum Fœlicis & Adaucti.Tertium Priſcillę.Ornauit etiam altare ſancti Petri gẽmis
& auro.Detulit & ſecũ Iuſtini imperatoris munere Patenam auream librarum.xx.Ca
licem aureum cum gemmis librarum quinque:quæ dona una ſecum periſſe arbitror.
Creauit etiam habitis de more ſacris ordinibus epiſcopos quindecim.Ferunt corpus
uiri ſanctiſſimi Rauenna ad Vrbem delatum:ſepultumq; in Baſilica Petri.vi. Kalen.
Iunii Olibrio conſule.Sedit autem annis duobus,Menſibus octo. Vacat tum ſedes
dies octo.&.l.

FOELIX .IIII.

FOELIX quattus:natione Samius patre Caſtorio Iuſtiniani tempora
attigit:q Belliſſario duce in præliis uſus de Perſis & Vandalis triũphat: Belliſſari9
quorũ gentem in Aphricam traiiciens idem dux pręſtantis animi & ſin
gularis uirtutis ſuperauit ac prope deleuit:capto eorũ rege Geliſmero:
& in triũphum ducto.Amalaſiunta uero ſeditionibus Gotthorum diu
uexata:mortuo filio Atalarico quo cum moleſte uixit:Theodatũ conſobrinũ ſuum re
gni conſortem fecit.Erat autem Theodatus ita græcis & latinis litteris edoctus:ut & Theodat9
temporum ſuorum hiſtoriam eleganter ſcripſerit:& Platonicam diſciplinam optime
calluerit:ſegnis tamen ad res agendas habebatur. Verum hortante Amalaſiunta Bur
gundiones & Alemanos fœlicibus pręliis ſuperauit.Fœlix autem rei diuinę interim cu
rã gerens:& Patriarcham conſtantinopolitanum declinantẽ a fide anathemate nota
uit:& ſanctorũ Coſmi ac Damiani templa:quæ adhuc extant in urbe uia ſacra apud
forũ Romanũ ædificauit:quod carmen uermiculato opere notatũ adhuc indicat. Ba
ſilicã quoque ſancti Saturnini uia ſalaria incendio conſumptã:reſtituit.Sunt qui ſcri
bant Caſſiodorum hac ætate fuiſſe:qui & ſenator de regenda repu.multa conſcripſit:
& Monachus pſalterii ſententias eleganti oratione ac ſtilo edidit.Ferunt etiam Priſcia Priſcianus
nũ Cæſarienſem grãmaticum inſignem librum ſuũ grãmatices tum compoſuiſſe.Ara Arator
tor quoq; urbis Romæ ſubdiaconus uerſibus hexametris euangelia conſcripſit.Lauda
tur & Iuſtinianus Valentinę eccleſię ẽps: multa eni prædicauit & ſcripſit ad doctrinã
chriſtianã ptinentia.At fœlix habitis de more ſacris ordinib9:ubi pẽſbyteros qnq; &.l.
creaſſet,diaconos.iiii.ẽpos.ix.&.xx.morit̃ :ac i baſilica Petri ſepellit̃ .iiii.idus octobris.

Annis quattuor. Sedit Men. duobus. diebus. xiii. Vacat tum ſedes dies tres.

BONIFACIVS .II.

530 BONIFACIVS ſecundus: patria Romanus: patre Sigilbundo Iuſtiniano imperante fuit. Quem quidem imperatorē tanti conſtat ingenii: tanteq; doctrinę fuiſſe ut mirum non ſit ſi leges Romanas ſparſas & incompoſitas in ordinem ad utilitatem hominū redegerit: eaq; abſciderit quæ ſuperuacanea & inutilia uidebant. Hac tñ in re conſilio & opa Ioānis Patricii Tribuniani Theophili Dorothei uſus eſt: q tū doctrina & auctoritate iſignes habebant. Immenſum nāq; illud librorų pelagus. Ad duo. n. fere milia librorų fuiſſe conſtat coaceruatis ſimul ab urbe condita uſq; ad hęc tpa tot iudiciis in qnquaginta libros titulatim digeſſit: quos nunc digeſta: nunc pandectha appellant: quod oēm ciuilē doctrinam contineant. Idem quoq; legum Epitomen fecit librorū quattuor. Has autem leges inſtitutiones uocat. Dicimus etiam Iuſtiniani codicē & uolumen eſſe. Sunt præterea qui dicant Iuſtinianum ipſum libros de incarnatione domini eleganter ſcripſiſſe: templumq; in honorem dei patris. (Nā filius ſapientia patris eſt) ſanctę Sophiæ: quo nullum eſt in orbe maius ſua impenſa: ſuoq; iuſſu ædificatum. Huius itaq; tempore Bonifacius pontifex creatur: non ſine contentione tamen: Nam & Dioſcorus diuiſo biſſariam clero in demortui Fœlicis locū ſubrogatur. Exagitatus autem clerus hac ſeditione diebus octo: &. xx. morte Dioſcori a tanta perturbatione tandem liberatur: unde Bonifacius ad confirmandam eccleſiam conuerſus: inſtituit ne quiſpiam ſibi in epiſcopatu ſucceſſorem deligeret: quod poſtea multi pontifices confirmarunt. Inſtituit item ut in demortui locum alter pontifex ſi fieri poſſet tertia die ſufficeretur: ne dilatio ſeditionem faceret. Diuiſit & populum a clero dum celebraretur. Hoc eodem tempore multi ex Romana nobilitate Benedicti ſanctitate moti in montem Caſſinū peruenere religionis gratia: inter quos Maurus quidem: ac Placidus inſignes habentur. Laudatur & Dionyſius abbas: qui tum Romæ paſchæ calculum mira ratione compoſuit. Facundi quoq; ſcripta contra Eutichianos quoſdam: tum pullulantes laudantur. Martinus præterea gentem Sueſſionem prædicatione & ſcriptis. Arriana hęreſi ad noſtros traduxit. At bonifacius cū in pontificatu ſediſſet annis duobus: diebus duobus: moritur: & in baſilica Petri ſepellitur. Sedes autem men. duobus tum uacat.

Laus Iuſtiniani

Leges romāę in cōpendiū rediguntur.

Templū ſanctæ Sophiæ

Dioſcorus

Bñdictus

Maurus

Martinus

IOANNES .II.

532 IOANNES ſecundus: patria Romanus: patre proiecto ex Celio monte Iuſtiniani tempore fuit: qui ſtatim ubi pontificatum iniit Anthimum epiſcopum damnauit: q; in Arrianam hęreſim declinaſſet. Sunt qui ſcribant hunc epiſcopum conſtantinopolitanum fuiſſe. Iuſtinianus uero ſedem Romanam ueneraturus Hyppatum & Demetriū epiſcopos Romam cum muneribus mittit: qui & Romanum pontificem ſuo nomine ſalutarent: & munera hæc Beati Petri templo offerrent: ſcyphum aureum circundatum gemmis librarum ſex: ſcyphos argenteos duos: librarum duodecim: Calices argenteos duos: librarum quindecim. Interim uero dum hæc dona miſiſſet: Mundus exercitus Iuſtiniani dux Salonas Vrbem minutiſſimam capit: ac Gotthos prælio uincit: non incruenta uictoria. Vuna enim cū filio egregiæ uirtutis adoleſcente Mundus eo prælio occiditur: quo nihil potuit Iuſtiniano moleſtius nunciari. Tanti faciebat hominis uirtutem & fidem. Ioannes autem Pontifex de quo pauca admodum ſcribunt hiſtorici moritur: ubi ex ſacris ordinibus ſemel habitis præſbyteros quindecim. epiſcopos unum, &

Mundus Dux

.xx. creaſſet: ſepelliturq; in baſilica Petri.vi.kalen.Iunii. Sedit annis duobus.Men. iiii.Vacat tum ſedes dies.vi.

AGAPETVS .I. 535

AGAPETVS patria romanus: patre Gordiano præſbytero eccleſiæ ſanctorum Ioannis & Pauli pontifex creatus: a Theodato ſtatim ad Iuſtinianum mittitur: ei infenſum q; Amalaſuntam Athlarici matrem in inſulam lacus uolſinenſiũ relegauerat: interficiq; iuſſerat. Erat enim hæc fœmina ita græcis & latinis litteris imbuta: ut cum quouis docto diſputando congredi auderet. Præterea uero ita linguas Barbarorum omnium callebat: ut ſine interprete cum his omnibus loqueretur: qui tum Romanum inuaſerant imperium. Huius autem mulieris interitum Iuſtinianus ita ægre tulit: ut bellum Theodato ſe illaturum minaretur. Agapetus itaq; eo miſſus ac benigne & honorifice ſuſceptus: cum pacem impetraſſet ab imperatore tentatur: ut Eutichianam opinionem confirmaret. Verum cum Iuſtinianus ab ẽa re hominem ſanctiſſimum abhorrere cerneret: precibus minas addit. Tum Agapetus: Ego inquit ad Iuſtinianum chriſtianiſſimum principem uenire optaui: ſed Diocletianum inueni: quem chriſtianorum hoſtem fuiſſe conſtat. Hac libertate loquendi & dei nutu Iuſtinianus permotus: & fidem catholicam amplexus eſt: & pulſo Anthemio conſtantinopolitano epiſcopo qui Eutichianã hæreſim tuebatur: Mennam catholicum in eius locum ſufficit Agapeto conſecrante: qui haud ita multo poſt Conſtantinopoli moritur. cuius corpus loculis plumbeis clauſum Romam defertur: ac in baſilica Petri ſepelitur. Sedit autem menſibus.xi.diebus unde uiginti. Vacat tum ſedes.menſem unum.diebus nouem.&.xx. Laus amalaſiuntæ

SYLVERIVS .I. 537

SYLVERIVS natione Campanus: patre Hormiſda epiſcopo: Theodato iubente pontifex creatur: cum antea non regum: ſed imperatorum auctoritas interueniret. Plus autem ualuere Theodati minæ q̃ decreti ratio. Mortem enim his clericis minatus eſt: qui nomina ſua non ſubſcriberẽt in creatione Sylverii. Hanc ob rem: & ut etiam Amalaſiuntæ necem ulciſceretur Iuſtinianus: Belliſſarium patricium cum exercitu in Italiam mittit. Nauigãs hic primo Siciliam attigit: eamq; in fide imperatoris retinuit. Interim uero mortuo Theodato cum Gotti regem contra uoluntatem Iuſtiniani creaſſent: Belliſſarius e Sicilia mouens Italiam a tyrannide Gotthorũ liberaturus: in campaniam ueniens: Neapolim mandata Imperatoris nequaquam facientem ui capiens ac diripiens: Gotthos omnes qui in præſidio erant: ac magnam partem ciuiũ interfecit: ab actis inde uirginibus ac pueris cum omni præda. In tanto autem belli furore & templa ſpoliata: & uirgines ſacras uiolatas fuiſſe conſtat. Inde uero Romam cum exercitu properans: noctu Vrbem ingreſſus: tantum terroris Gotthis: qui in præſidio erant incuſſit: ut omnes relictis portis ac mœnibus Rauennam confugerint. Belliſſarius autem ſuperuenturum Vitigim cum ingenti exercitu ratus: cui aperto marte nequaquã par eſſe poſſet: mœnia Vrbis pro tempore uallo ac foſſa ubi opus eẽ uidebatur quã celerrime muniuit. Superueniente deinde Vitigi cum ingenti exercitu: ad centum nanq; milia hominum ſecum duxiſſe fertur: continere ſe mœnibus Belliſarius contentus fuit: cum non amplius quinque millibus hominum ſecum duxiſſet. Caſtra inter duos aquæ ductus locat. Vitigis quo munitiora ſint: quorum alter ad latinam uiam: alter uero ad præneſtinam uergit: ſeque inuicem iungunt: quinto ab Vrbe miliario: &

Belliſſarius

Vitigis

ne aqua urbem Romam influeret: omnes aquę ductus: quos ad quattuordecim fuiſſe
cōſtat interciſi ſunt: Portum quoq; Vitigis cum parte copiarū occupat: qua ex re ma-
gna calamitas Romanis illata eſt. Cum & bello ſimul & fame laboratū ſit. Interea ue
Vigilius ro inſtigante Vigilio diacono ciue Romano & Apocriſiario Theodora auguſta Syl-
uerio imperat: additis etiam minis: ut pulſo Menna ab urbe Conſtantinopoli Anthe-
mum reuocet: quem diximus ob Eutichianam hęreſim damnatum eſſe. Id autem cum
facere pōtifex recuſaret: ſcribit ad Belliſſarium mulier: ut pulſo Syluerio in eius locum
Vigilium ſufficiat. Belliſſiarius autem rei bellicę intētus: rem Antoninæ uxori ſuæ com
mittit: quæ quidem ſubornatis a uigilio teſtibus: qui affirmarent Syluerium urbem Ro
mam Gotthis hoſtibus prodere uoluiſſe: hominem coegit abdicare ſe pōtificatu: ac po
ſito pallio cucullam monaſticam ſumere: qui in pontium inſulam in exilium miſſus nō
ſine opinione ſanctitatis moritur. Ferunt Gallos hoc tempore nuncis & litteris Bene
Benedict9 Maurus dictum rogaſſe: ut unum aliquem ex diſcipulis ſuis ad ſe mitteret: qui Gallos monaſti
cam uitam edoceret. Quare Benedictus Maurum eo miſit: qui omnibus uita & mori-
bus ratiōem bene ac beate uiuendi dedit: quiq; etiam multa monaſteria cōſtituit. Vigi-
lius autē clericis Romanis ex Antoninæ ſententia ita petētibus pontifex creatur. At
uero Syluerius ubi ānum unū. menſes quinq;. dies duodecim: in pōtificatu uixiſſet (ut
dixi) in inſula Pontio morit᷑: ac ſepellit᷑. xii. Kal. Iulii. Vacat qdē tum epatus. dies ſex.

VIGILIVS .I.

VIGILIVS patria Romanus: pře conſule imperante Iuſtiniano: ponti-
fex creatur. Cuius temporibus Conſtantinopoli quinta Synodus habi-
Synodus conſtantinopolitana ta eſt contra Theodorum & omnes hęreticos: qui affirmabant beatiſſi-
mā uirginem ſolum hominem: non etiam deum & hominem peperiſſe:
qua quidem in ſynodo ſtatutum eſt: ut beata uirgo θεοτόκος diceretur: ꝙ
θεοτόκος deum ſuo partu nobis edidiſſet. Interim uero Belliſſarius auctis copiis cum per annū
integrum & dies nouem mœnia urbis tutatus eſſet: egredi conſtituit: & collatis ſignis
cum Vitige decernere. Is aūt copiis ſuis diffidens: incenſis caſtris Rauennam magnis
itineribus proficiſcitur. Eo & Belliſſarius propere mouet: ac Vitigim in urbe captū cū
Laus belliſſarii omni familia & magna procerum parte: recuperataq; fere tota Italia Conſtantinopo-
lim ſecū ducit: quinto anno poſteaquā in Italiā uenerat. Idem quoq; Mauros aphricā
uaſtantes: mira celeritate pdomuit: deoq; hoſtium manubiis crucem auream gemmis
diſtinctam librarum cētum: Ceroſtrata duo magni precii Petro apoſtolorū principi
dono miſit. Duo item Xenedochia (quæ nos domos hoſpitales appellamus) ſua im-
penſa Romę ędificat: quorū alterū in uia lata: alterum uia Flamminea extabat. Con-
didit & monaſterium ſancti Iuuenalis apud Ortam urbem: additis fundis unde Mo-
nachi paſcerentur. Inſtabat tum Theodora: ut Vigilius pontifex Cōſtantinopolim p
Theodora ficiſceret᷑: Anthemumq; ut pollicitus fuerat reſtitueret. Negat Vigilius ſe id facturū:
ꝙ malis promiſſis ſtandum non ſit. Cenſere enim ſe quę Agapitus & Syluerius cōtra
Anthemū hęreticum egiſſent: iure facta eſſe: & propterea eorum acta nullo modo ſi-
bi reſcindenda uideri. Irata Theodora romanis qbuſdā adiuuantibus Vigiliū in iudi-
cium uocat: & ꝙ eius fraudibus Syluerius circūuentus exulatum abierit: & ꝙ ipſo iu-
bente adoleſcens quidam a nepote Vigilio Aſterii conſulis filio cęſus ad necem ſit. At
uero ne indicii pœnam Vigilius refugeret: Anthemū quēdam cum his mandatis Ro-
mam mittit: ut Vigilium parere recuſantem ad ſe ui etiam perduceret. Is uero Romā
ueniens: mandata facturus in baſilica ſanctę Cecilię hominem comprehendit: mune-

ra populo

ra populo ob diem natalem ſuũ diſtribuentem more Romano:ac captũ qbuſdam ro
manís adiuuantibus conſtãtinopolim pducit.Ferũt Vigiliũ naui p tyberim deuectũ
fuſtibus & ſaxis cũ execratiõe a populo impetitũ:cũq; hac exprobratõe.Male meritus
de Romanis es:Mala oĩa tecum uen at.In Siciliã uero perueniens cõcedentibus his qui
captũ ducebãt:quoſdã ad ſacros ordines aſciuit:ex hiſq; Ampliatũ præſbyterũ & Va
lentinũ epm:q cleꝝ & Romanã eccleſiã interim gubernarẽt.Ei uero e Sicilia cõſtanti
nopolim mouẽti:Iuſtinianus cũ magno comitatu fit obuiã.Ingrediunť urbem clero
pcedente uſq; ad templũ ſanctæ Sophię.Tẽtare tum Theodora Vigiliũ:ut qđ pollici
tus erat pſtaret.Cui ille:malle ſe quod uis ſuppliciũ pati rñdit:q̃ ſniam mutare:& cum
mulier & q ſecũ aderãt minis inſtarẽt:ad Diocletianũ ſe nõ ad Iuſtinianũ:quẽadmodũ
arbitrabatur ueniſſe dicens:ita cęſus eſt:ut paulum abfuerit qn tum occidereť.Fugiẽs
itaq; in templũ ſanctę Euphemię:qđ haud pcul aberat ĩde a craſſatoribus trahiť & in
iecto in collum eius fune tanq latro p totã urbẽ uſq; ad ueſperã trahitur.Deinde uero
carceri incluſus:pane & aqua tantũmodo aliquandiu uitã duxit:ita patienter & æquo
aĩo ut ſemp diceret ſe etiã peiora meritũ:ſi digna p pctis pœna irrogareť.Clerici autẽ
q hoĩem ſecuti fuerãt:partim in exilium:partim ad excidenda metalla deportati ſunt.
Veꝝ poſtea rogantibus Romanis:q iã ſniam mutauerãt:& inſtante Narſete:quẽ Iu Narſes
ſtinianus cõtra Gotthos Romã miſerat:Vigilius ac exules oẽs in patriã remittuntur.
At uero cũ Syracuſas in Siciliã perueniſſent:Vigilius quem tot mala:tot curę occidere
nõ potuerãt:ex calculo moriť.Eiuſq; corpus Romã deferť:& apud ſanctũ Marcellũ
uia ſalaria ſepelliť.Vixit aũt in pontificatu cum Romæ:tum alibi annis.xvii.Mẽ.ſex.
dies ſex.&.xx.Vacat tum ſedes eius morte.Men.tribus.diebus.v.

PELAGIVS .I.

PELAGIVS primus:patria Romãus:pře Ioãne uicario:eo tpe fuit:quo
Totila Gotthoꝝ rex Taruiſio mouit cũ magno exercitu Italiã inuadẽs: Totila
ac diripiẽs:adeo ut pp̃ter ſęuitiã & rabiẽ flagellũ dei uocatus ſit.Perue
niens deĩde ad montẽ Caſſinatẽ in cãpaniã iturus:gregarii militis habi
tu a Benedicto uiro ſanctiſſimo dignoſciť:& minis deterreť:ne tãtope Benedict9
re in xp̃ianos ſęuiat.Inde uero mouẽs:in Samniũ pficiſciť:Beneuẽtũ oppugnat:Vr
bis mœnia demoliť:Neapolim obſidet:Cumas recipit:& magna benignitate ac mo
deſtia uſus:pleraſq; matronas Romanas ibi captas Romã ad ſuos intactas remittit.
Capta deĩde Neapoli atq; occupata oĩ illa Italiæ parte:quæ ad Siciliã uergit:ĩ Roma
nos mouet:quos qdẽ occupato prius portu:unde his uehi comeat9 poterãt:tam acri
obſidione preſſit:ut inopia reꝝ humana quidã ueſcerentur carne.Tandẽ uero Totila Capitur
per Hoſtiẽſem portã ui irrũpens:Vrbem capit:ac direptã incendit.Sunt tñ qui ſcri urbs
bant ei in aĩo fuiſſe urbem ſeruare:miſiſſeq; noctu pręcones p Vrbẽ:qui militibus mã
darent:ut Vrbi parcerẽt.Hoc uero ubi Iuſtinianus cõperit:Narſetem Eunuchũ cum
magno exercitu in Italiã propere mittit.Narſes enim ut nonnulli ſcribũt:primo qdẽ
bibliopola fuit.Hunc cũ in cubiculũ ſuũ accepiſſet imperator cognita hoĩs uirtute:eũ Narſes
in ordinẽ patriciatus aſciuit.Pietatis enim:religionis:miſericordiæ:munificentiæ:gra
tiæ:poſtremo unicũ exẽplar tum oĩbus erat.Is igitur acceptis etiã auxiliaribus copiis
ab Alboino longobardorũ rege Gotthos inuadit:obtruncat:pſequitur.Nã & Totila
apud Brixellum male pugnans occiditur:& Theias in eius locũ ſuffectus:non longe
a Nucera fortiter pugnans:uirtute Narſetis opprimitur.Atq; ita ſecũdo & ſeptuageſi Theias
mo anno poſteaq̃ Theodoricus coꝝ rex primo Italiã ingreſſus eſt:Gotthoꝝ nomen

cum regno interiit. Iuſtinianus quoq; nō ita multo poſt quadr[illegible]o īperii ſui anno moritᷓ: uir qdem memoria dign[illegible]: cū merito ſuo Alamanicus Gotthicus Vandalicus perſicus Aphricanus more ueteꝝ imperatoꝝ appellari poſſet: licet alioꝝ opera & ſuo conſilio hæc geſta ſunt. Pelagius autē eccleſiā dei in tantis perturbatiōib9 non deſerēs: conſtituit ut hæretici & ſciſmatici coherceri etiā [illegible]lariū manu poſſent: quando ad ſanitatem rationibus non deducerentur. Hic autē accuſatus q̄ maloꝝ Vigilii cauſa fuiſſet: cum Iuſtinianus eū Vigilio preferret: uidente populo & clero crucē tangēs. & euāgelium iureiurādo ſuſcepto: ſe a tanto crimine purgat. Inde Narſes ad urbem ueniens: ſupplicationes pro rebus bene geſtis a ſancto Pancratio uſq; ad ſanctū Petrū celebrat: Vrbemq; a Gotthis liberatā: quoad fieri poteſt inſtaurat. Vna uero cū Pelagio inſtituit: ne ullus ambitione uel precio ad quoſuis ſacros ordīes admittatᷓ. Vigilius preterea Valentinū notariū ſuū uiꝝ ꝓbatę fidei & religiōis theſauris eccleſiæ preficiens: baſilicā

Caſſiodorus apoſtoloꝝ Iacobi & Philippi incohat. Sunt qui ſcribant Caſſiodoꝝ monachum uirū doctiſſimū uſq; ad tpa Pelagii perueniſſe: qui primū conſul: inde Senator factus: po-

Victor ſtremo monaſticā uitā ſpretis rebus oībus cōplexus eſt. Aiunt & Victorē campanum epiſcopū librū phaſce tum cōpoſuiſſe: quo potiſſimū Dionyſium abbatem Romanū inſcitiæ arguit: qui paſchalē calculū inepte nimiū cōpoſuiſſet. Ornarūt etiā Pelagii tēpora ſanctitate & doctrina. Sabinus Canuſinus: Gregorius lingonēſis: Bedaſtus beati Rhemigii diſcipulus & Atrebatum epiſcopus. Herculanus uero Peruſinus antiſtes

Herculanus a Totila interemptus: in ſanctos refertur. Pelagius aūt undecimo ſui pontificatus anno: menſe decimo: die octauo &.xx. moritur: & in baſilica Petri ſepellitur: ubi ex ſacris ordinibus bis menſe decembri habitis: præſbyteros ſex &.xx. diaconos.xi. epiſcopos undequadraginta. creaſſet. Vacat tum ſedes menſibus.iii. diebus ſex &.xx.

IOANNES .III.

IOANNES tertius: patre Anaſtaſio ex illuſtri genere orto: Iuſtini tpibus fuit: qui Iuſtiniano ſucceſſit: cuius certe nulla in re ſimilis fuit. Auarus. n. improbus: rapax: deoꝝ atq; hoīum contemptor habitus eſt. Hāc

Iuſtinus ob rem cū totus auaritiæ & cupiditati inhæreret: libidine habēdi in iſaniam uertitᷓ: cui9 uxor ſophia impiū uſq; ad Tiberii ſecūdi tpa gubernauit.

Sophia Hæc autem mulier inſtigantibus quibuſdā delatoribus: qui Narſetē oderant: hoīem ab Italia ad ſe cū ignominia uerboꝝ reuocat. Videlicet ut Eunuchus ad lanā & penſa rediret. Ferēs id iniquo aīo: ut par erat Narſes: reſpōdet ſe talē orſuꝝ telā: quæ iextricabiles errores æmulis atq; inimicis ſuis præſtaret: qd' ēt fecit. Alboinū nāq; Lōgobardorū regē cū oībus copiis e Pānonia in Italiā ad capeſcēdas ſedes uberiores q̄ quas in Pānōia occupauerāt: lr̄is & nūciis accerſit. Obtēpans itaq; Narſetis monitis Alboin9: Ita-

Alboinus rex longobardorum liā p Syrmiū īgreſſus cū cōiugib9 & liberis: cūq; exercitu lectiſſimo: prio qdē oēm Venetiā occupat. Inde inſubriā ingreſſus. Mediolanū ui capit ac diripit. Papiā triēnio obſeſſam ī ptātē ſuā rēdē redigit. Hac aūt uictoria læt9 Alboin9 Veronā ſe cōtulit: quā regni toti9 ſedē cōſtituerat. Ibi uero cōuiuio exhilarat9 Rhoſimūdā uxorē ea patera biberē compellit: quā ex prīs ipſius mulieris capite a ſe occiſi in poculū redegerat. Erat aūt in exercitu Alboini Helmechildis lōgobardus adoleſcēs forma inſignis: & nobilitate atq;

Rhoſimūda armis præſtantiſſim9: cui9 cōſuetudine Rhoſimūda qdē delectabatᷓ: quēq; in cubiculū ſecreto ducēs ꝓpoſita regni ſpe Alboinū obtrūcare compulit. Verū cū aduerſantibus lōgobardis de ſpe regni decidiſſent: ambo ad Lōginū: q tum Rauēnę præerat: confugere. Nec ita multo poſt ſe ipos inuicē ueneno petētes: diē extremū claudūt. Multas cla-

des: tum

des:tum paſſa Italia eſt irrūpentibus ꝓuinciā Barbaris:quas qdē ꝓtendere ꝓdigia illa tēpeſtate uiſa:& igneę acies in cœlo apparentes.Ita etiā in imenſum tyberis creuit:ut iundatiōe ſua populo Romāo magnas calamitates iulerit.Interim uero Ioānes pōtifex:& ſctōꝝ cœmiteria reſtituit:& Iacobi ac Philippi eccleſiā a Vigilio ichoatā ꝑfecit. Et Narſetē Romanis nō diſſimulanter iratū:ꝙ de ſe male opinarent̄:idq; ad Sophiā ſcripſiſſet:e Neapoli ad urbē ducit:ubi haud ita multopoſt Narſes morit̄:cui9corp9 loculis impoſitū cōſtātinopolim defert̄.Actū tum demū de noīe Italico putaſſem in tāta reꝝ ꝑturbatiōe:niſi uiri ſanctiſſimi piturę ꝓuinciæ ſuccurriſſent.Nā & Paulus patriarcha Aqlienſis:& Fœlix epiſcopus Taruiſin9 Alboinū:ubi Italiā attigit mitiorē ciuibus ſuis & ꝓuinciæ reddidere.Et Fortūatus uir ſingularis litteraturæ & eloqntię Gallos ad mitiorē cultū redigit ſcriptis & exēplo.Ad ſigibertū.n.eoꝝ regē libellum de gubernādo regno ꝑſcripſit:Ac beati Martini uitā elegāter cōpoſuit.Sūt q ſcribāt Germanū Parſienſem epm̄ uiꝝ qdem ſanctiſſimū hoc tpe fuiſſe:q Frācię reges ſemp in officio cōtinuit:& adeo qdem:ut inter ſe certatū religione:pietate:gr̄a:humanitate ſit.Nil enim in Germano cernebant:qd̄ ipſi nō imitarent̄:tantū ualent boni paſtoris exēpla. Ioannes autem cuius temporibus Armenii fidem chriſti recepere morit̄:ac in baſilica petri ſepellitur pontificatus ſiri anno.xii.Menſe.xi.die ſexto.&.xx.Vacat tum ſedes eius morte.Menſibus.x.diebus tribus.

Paulus
Fœlix
Fortūatus
German9

BENEDICTVS .I.

BENEDICTVS p̄ria roman9:p̄re Bonifacio:Tyberii ſecūdi tpib9fuit:quē qdē Iuſtin9p adoptionē in filiū & regni hæredē ſuſcepat:ac merito certe cū in hoīe ea ornamēta eſſent:quæ in optimo principe reqrunt̄:clementia:iuſticia:pietas:religio:ſapiētia:cōſtātia:& ꝑpetua fortitudo.Verū īter alias ei9uirtutes benign9& liberalis in oēs:potiſſimum uero erga paupes habitus eſt:& ob eā rē Dn̄s largas opes ei ſubminiſtrauit.Nā dū ſemel p ædes ſuas contentius in ambularet:cerneretq; in pauimento marmoream crucem:eam religiōis cā:ne pedibus conculcaret̄:auferri iuſſit:melioriq; loco atq; honeſtiore reponi. Poſt hanc uero una atq; altera īuenta eſt:ſub qua tātā uim auri & argēti repit:q̄tam hominis benificētia reqrebat:cuius qdem magnā ꝑtem paupib9erogauit.Ferūt et Narſetis theſauros ad eū ex Italia delatos fuiſſe:qb9cōflatis ad mūiſicētiā & liberalitatē uſus eſt.Ad Sigibertū nāq; Frācoꝝ regē:q ſe p legatos iuſerat:cū reliqs mūeribus:quæ magna fuere:aureos ēt qnquaginta ſingulaꝝ libraꝝ miſit:quoꝝ pars una imagine principis ſignata erat his lr̄is:Tyberii cōſtātini ꝑpetuo Auguſti:Altera uero pars quadrigā continebat cū aſcēſore atq; his lr̄is:Romanoꝝ gl̄ia.Et neqd ad integrā ei9 fœlicitatem deeſſet:exercitus quem in Perſas miſerat:uictor rediēs tantā ꝑdam cū elephantis.xx. auexit:quātam nullus unq̄ antea.Hoc reqrebāt eius merita erga genus humanū:hoc religio in deū ſaluatorē noſtrū:hoc poſtremo eius benificētia erga populū Romanū:quē & armis quoad fieri potuit ab hoſtib9tutatus eſt:& imiſſo ex ægypto frumēto a ſęuiſſima fame liberauit:iteruenientibus Bonifacii pōtificis ꝓcibus:quē Tyberi9mirūi modū dilexit & obſeruauit.Adeo.n.lōgobardi lōge & late Italiā uexauerāt diutino bello:ex illa uaſtatiōe reꝝ oīum charitas & inopia oriret̄.Dū hæc in italia agerent̄ Ioānes cōſtantinopolitanæ urbis eps:orientalē eccleſiā quoad fieri potuit in fide cōtinuit legēdo:diſputādo:ſcribēdo:monēdo:docēdo:licet multos aduerſarios habuerit.Idē quoq; fecit Leāder Tolletan9uel(ut qdā uolūt)Hiſpalēſis eps:in quo doctria & eloqntia pari lāce certabāt.Multa.n.cōpoſuit tum ad cōfirmationē nr̄i dogmatis:tum ad cōfuta-

Tyberius
Sigibert9
Ioānes eps
Leander

tionem Arrianæ pfidiæ:quam tanquã teterrimam labem Vandali ex Aphrica in Hi
ſpaniã a Belliſſario pulſi ſecũ detulerãt. Bñdictus aũt ut qdã ſcribũt ſolicitudine & do
lore:quẽ in calamitatib9 urbis Romæ & ꝓuinciæ italiæ cõcepat.morit̃:q̃rto põtifica
tus ſui ãno:Men.uno:& dieb9octo.&.xx. Vacat tũ ſedes mẽſib9.iii.& diebus.x.

578

PELAGIVS .II.

PELAGIVS ſecũdus:patria Romãus:pr̃e Vingeldo:a Tyberio ad im
peratorẽ Mauritiũ Tyberii generꝶ puenit. Huic.n.& ſi cappadox erat:
Mauritiuſ impium tñ ob uirtutẽ & ſtrenuitatẽ in reb9agẽdis cõmiſſum eſt. At uero
lõgobardi cũ poſt mortem Alboini uiginti ãnis ſub ducib9 fuiſſent: Eu
tharim regẽ ſibi creãt:quẽ & Flauiũ appellarũt:quo qdẽ cognomẽto oẽs
Eutharis lõgobardorꝶ reges deinceps uſi ſunt. Mauriti9aũt pellere Italia lõgobardos conatus:
Flauius Sigibertũ Francorꝶ regem mercede ad id bellũ ſolicitat:q ſtatim comparato gallorꝶ &
Germanorꝶ magno exercitu cũ Euthari decertãs:magno accepto incõmodo ſuperat̃.
Hac aũt elati uictoria lõgobardi uſq; ad fretũ Siculũ puenere: Vrbes Italiæ in poteſta
tẽ ſuã redigẽtes: quo minus uero urbe Roma diu obſeſſa potirent̃ fecere hymbres &
qdẽ freq̃ntes:qb9hoſtes a mœnib9 ꝓpellunt̃. Tãta.n.tũ aquarꝶ iundatio fuit:ut Noe
diluuiũ renouatum crederet̃. Hæc aũt una fuit cã:q̃re Pelagius in iuſſu principis tum
Põtifex creatus ſit:cũ extra obſeſſam ab hoſte urbẽ mitti qſpiã nõ poſſet. Nil.n.tum a
clero in eligendo põtifice actum erat:niſi ei9electionem impator approbaſſet. Miſſus
Gregori9 itaq; cõſtãtinopolim ad placãdũ impatorẽ Gregori9diaconus uir optim9atq; doctiſſi
mus:ubi ex ſnĩa põtificis oĩa pegiſſet:nequaq̃ ocio & ingẽio ſuo abuſus:& libros mora
Eutichius liũ ĩ Iob cõpoſuit:& Eutichiũ quẽdã cõſtantinopolitãæ urbis epm̃ ita pſente Auguſto
diſputatiõibus cõuicit:ut oĩa quæ in libro ſuo de reſurrectiõe cõſcripſerat:retractare co
actus ſit. Dicebat.n.corpus noſtrũ in illa reſurrectionis gloria uẽto æreq; ſubtili9 futu
rum:& ob eã rẽ tãgi nõ poſſe. Q d' cõtra illud dñicum ẽ:Palpate & uidete qa ſpũs car
nem & oſſa nõ hẽt:quẽadmodum me uidetis habere. Pelagius aũt ubi Gregorium ro
gatu populi Romani ad urbẽ reuocaſſet:& domũ pr̃nã in Xenodochion pauperꝶ ſe
num redegiſſet: Hermetiſq; martyris cœmiteriũ ac baſilicã Laurentii martyris a funda
mentis extruxiſſet. morit̃ quæ tum peſtilentia Europã oẽm maxime uexabat:anno põ
tificatus ſui decimo: Menſe ſecundo:die.x. Sepultus eſt autem in eccleſia beati Petri in
uaticano. Vacat tum ſedes menſibus ſex.dies octo &.xx.

GREGORIVS .I.

GREGORIVS pr̃ia Romãus:pr̃e Gordião uiro Senatorio:uno oĩum
cõſenſu iuitus ẽt põtifex creat̃:anno dñi.Dc.ac.xix. Monachus nãq; erat
ac leuita. Is aũt cum principis cõſenſus reqreret̃:(ut antea dixi)nuncios
cũ lr̃is miſerat:q Mauriciũ obſecrarẽt:ne pateret̃ electionẽ cleri & popu
li Romãi ea in re ualere. Interceptæ ſunt lr̃æ a pfecto urbis ac diſcerptæ:
ſcriptæq; aliæ qb9rogabat̃:ut quẽ populus ac clerus in põtificẽ legiſſet:eundẽ impator
cõfirmaret:quo nihil ei nũciari iucũdius ac gratius potuit:cũ ſecũ familiariter dum cõ
ſtantinopoli erat Gregori9uixiſſet:filiumq; eius e fonte baptiſmatis leuaſſet. Remittit
itaq; Maurici9nuncios:ac qdẽ ꝓpere q Gregoriũ cõfirmarẽt:cogerẽtq; hoĩem ſanctiſſi
mũ põtificatus gubernacula in tãta pturbatiõe rerꝶ ſuſcipe. Is itaq; nõ ſibi ipſi ſed utili
tati hoĩum ac honori diuino cõſulẽs:quẽ certe ob religionẽ & pietatẽ reb9oĩb9ſemp an
tetulerat:ſpretis opib9poſt habitis uoluptatib9:atq; oĩ ambitione & potentia. Guber
nacula reipu.chriſtianæ ſuſcipiẽs:ita uixit ut uſq; ad tempora noſtra neminẽ ex ſucceſ
ſoribus

ſoribus parem habuerit:nedum ſuperiorem:uel ſanctitate uitæ:uel diligentia in rebus
agendis:uel doctrina & ſcriptis.Nam & libꝝ de ſacramẽtis cõpoſuit:& antiphonariũ
tam diurnũ q̃ nocturnũ:& cõmentarios in Ezechielem:in quadragita euãgelia:in Iob
quoq;(ut dixi)allegorice ad mores & hyſtoriã reſpiciens:eleganter ſcripſit.Edidit & li
bros.iiii.in dialogo:& libꝝ quẽ paſtoralẽ appellauit ad Ioãnẽ epm Rauẽnatem:de ra-
tione gubernãdę eccleſiæ.Inſtituit p̃terea neqd ornatus & cõcentus iter ſacrificãdũ de-
eſſet:ut antiphona canerent̃.Hæc uulgo introitus uocãt.Eius quoq; inuẽtũ eſt:ut no
uies kyrieleiſon caneret̃ & alleluia: interpoſitis ſeptuageſimæ diebus uſq; ad paſcha.
Cantat̃ etiam poſt euãgelium:poſt cõionem ſuo mãdato.Idem quoq; in canonem re-
degit:dieſq; nr̃os in tua pace diſponas.Prætera uero ſupplicariões maiores(quas græ
ci litanias uocant)primus inſtituit.Stationum quoq; magnã partem:maxime autem
quæ in baſilica Petri habent̃:die natali Ieſu Chriſti:in epiphania:in dñica paſſione:in
albis paſchę:in aſcenſione in pẽthecoſte:natalibus apoſtoloꝝ:in tertia dñica aduẽtus:
in dedicatione eiuſdem baſilicæ:die feſto ſancti Andreę:in cathedra Petri:dum maior
litania fit:in ſabbato.iiii.temporum.Quid plura de hoc ſanctiſſimo uiro cõmemorẽ?
Cum ois inſtitutio eccleſiaſtici officii ueteris p̃ſertim ab eo ſit iuenta:& approbata:quẽ
qdem ordinem utinam ſeq̃remur.Non abhorrerent hodie a lectione officii uiri docti:
quẽadmodũ faciunt:ꝑpter barbariem neſcio:quã illi latinitati & cõpoſitiõi additam.
Ne uero ulla in re uir ſanctiſſimus eccleſiæ deeſſet:ſynodum habuit apud ſanctum Pe Synodus
trum.iii.&.xx.epoꝝ:qua certe multa ſuſtulit quæ nocitura:multa etiã addidit quæ ꝑ-
futura fidei nr̃æ uidebant̃.Miſit & uiros optimos in Britãniam: Auguſtinũ : Melitũ:
& Ioãnem:cumq; his monachos quoſdã probatiſſimæ uitæ:quoꝝ monitis & p̃dicatio
nibus fidei noſtræ dogma Angli tum primũ itegre receꝑunt.Rediere ẽt Gregorii ope
ra Gotthi ad unionem catholicę fidei.Sunt prętera qui ſcribant Gregorium dialogũ
ſuum de moribus ad theudelindam Lõgobardoꝝ reginã miſiſſe:cuius lectione p̃ fero-
cem & indomitum uiri ſui Antharis aium ad religiõem & mitiorem cultum redigeret. Antharis
Erat.n.matrona iſignis:& fidei xp̃ianæ ſtudioſiſſima.Nã & baſilicã beati Ioãnis bapti
ſtæ Modoetiæ ędificauit:quod oppidũ decẽ millibus paſſuum a Mediolano diſtat:& Theudeli-
eãdem eccleſiam prędiis ac uaſis aureis ornauit.Ferunt eo tp̃e:quo hermichildus a p̃re da
leuigildo Gotthoꝝ rege iterfectus eſt:q fidem catholicã cõfiteret̃:Ieſu Chriſti tunicã:
quę ſorte uni militũ optigerat:iuentam eſſe apud urbem in Zaphath in arca marmo
rea:eo loci repoſitam Thomę hieroſolymitani epi & Ioãnis cõſtantinopolitani:ac Gre
gorii Antiocheni tp̃e.Interea uero Mauritius ſupatis in hetruria & Campania Hexar Mauritius
cho romano duce:Longobardis in omnia uitia & omnem arrogãtiam ꝑlapſis legem
tulit:ut qui Romanę militię aſcriptus eſſet:niſi finita militia:aut mancus & debilis ex
uulnere factus:deo militare non poſſet.Hanc ob rẽ motus Gregorius hominẽ admo-
net:ne eius religionẽ impugnet:cuius benignitate ex infima ſorte hoium ad ſummum
gradum dignitatis peruenerat.Prętera uero cum Ioãnes conſtantinopolitanus ep̃us
habita gręcorum ſynodo ſeipſum œcomenicum:ideſt uniuerſalem patriarcham creaſ-
ſet:monuiſſetq; Gregorium Mauritius:ut Ioanni obtemperaret.Reſpõdit hõ cõſtan-
tis ingenii & fidei poteſtatem ligandi & ſoluendi Petro traditam : eiuſq; ſucceſſoribus
non epiſcopis conſtantinopolitanis:proinde deſineret iram dei in ſe concitare:dum ſe
ditiones ſtudioſe nimium in eius eccleſia ſerit.Nequaq̃ uero his malis contentus Mau
ritius reuocatis militibus ſuis qui in Italia erant:Longobardos adhortat̃:ut ſpretis ſœ
deribus iam ictis Romanos adorirentur:quare Agilulphus ex Ciſalpina mouens ua- agilulph9

ſtatis longe ac late hetruriæ agris:qua iter faciebat urbē Romā magnis illatis calami-
tatib9 itegrum annum obſedit:quo qdem tpe Seuer9 aqleienſis eps in hęreſim plapſus
ē:q̄ multoꝝ maloꝝ ſeminariū fuit. Nā Seuero mortuo aqleieſis eccl'ia biffariā diuiſa ē:
cū Agilulphus Longobardoꝝ rex Ioānem aqleienſem:Gregori9 candianum graden-
ſem Foroiulianis epos prefeciſſent. Agilulphus uero omiſſa ſpe potiūdæ urbis obſidio
nē ſoluens:Mediolanū rediit. At Mauritius non ſponte ſed coacte pœnitentia duct9:
cum Gregorio mitius agere cœpit:ꝙ intellexerat quēdam monachi habitu indutū:ſtri
ctum gladiū in manu tenētem in foro cōſtantinopolitāo clamaſſe:Imparorē breui gla
dio morituꝝ:hoc idem eius ſomniū cōfirmauit:quo ſe uxorē ac liberos cędi uidebat. In
terim uero milites ſtipendiis ſuis defraudati:Phocā centurionē ipatorē creant:& Mau
ritiū obtruncāt. Vndeuigeſimo iperii ſui anno. At Gregorius exornatis qbuſcunq; re-
bus potuit baſilicis romanis:dedicataq; Gotthoꝝ eccleſia:quæ in ſubura eſt Agathæ
martyris noīe. Fl. Ricimerii uiri conſularis opus ut litterat ſiuæ indicāt:p̄rnam domū
in cliuo ſcauri poſitā non longe a Circomaximo in monaſteriū redegit:quo in loco &
hoſpites continuo accipiebat:& pauperes undiq; confluētes:cibo & potu in uita reti-
nebat. Vir certe oī laude dignus:ſi uitam:ſi mores:ſi doctrinā:ſi ſolertiā in rebus:tum
diuinis:tum humanis inſpicis. Neq; eſt cur patiamur Gregoriū hac in re a qbuſdam:
lr̄arum ignaris potiſſimū carpi:ꝙ ſuo mādato ueteꝝ ædificia ſint dirupta:ne peregrini
& aduenæ (ut ipſi fingunt) ad urbem religiōis cauſa uenientes poſthabitis locis ſacris:
arcus triumphales & monumēta ueteꝝ cum admiratione inſpicerent. Abſit hęc calum
nia a tanto pontifice romano præſertim:cui certe poſt deum p̄ria q̄ uita charior fuit.
Multa pfecto ex collapſis ædificiis exedit uetuſtas. Multa præterea demoliunt̄ hoīes
ædificādi gr̄a:ut cottidie cernimus. Impacta illa foramina quæ tum in concauo forni-
cum:tum in coniuncturis marmoꝝ quadratorumue lapidum uident̄:non minus a ro
manis q̄ a barbaris auellendi ęris cauſa crediderim. In fornicibus.n.quo leuior eēt mo-
les:ollas cū nūmiſmatibus collocabant. Lapides uero q̄dratos æneis clauis firmabāt.
Factum id quoq; a Romanis dixi:ſi epirrhotę:Dalmatæ: Pamnonii:& fex totius or-
bis terraꝝ huc miſſa Romani appellari poſſunt. Gregori9 aūt confirmata omni rōne
eccleſia dei:anno.xiii.Men.vi.die.x.pontificatus ſui moritur:Phocę uero imperatoris
anno ſecūdo:ſępelliturq; collachrymātibus oibus in baſilica Petri ante ſecretariū.iiii.
idus Martii. Ei9 uero i morte. Mē.v.diebus undeuiginti. Sedes romana tum uacat.

Seuerus hereticus

Phocas

SABINIANVS .I.

SABINIANVS cuius patria ignoratur: ac merito qdē Gregorio ſuc-
ceſſit:hō enim obſcuro loco natus:obſcurior moribus:rebus geſtis Gre-
gorii uiri ſanctiſſimi aduerſatus eſt. Nā cū ſuo pōtificatu fame laboraret̄
inſtarētq; paupes:ut pietatē Gregorii elemoſynis imitaret̄:nil aliud rn̄-
debat: q̄ Gregoriū popularē famā aucupātem p̄rimonium eccleſiæ lar-
gitionibus diſſipaſſe. Paululū etiā abfuit quin libri eius comburerent̄:adeo in Gregori
um ira & inuidia exarſerat hō maliuolus. Sunt qui ſcribāt Sabinianū inſtigātibus qui-
buſdā Romāis hoc in Gregoriū molitū eſſe:ꝙ ueterū ſtatuas tota urbe dū uiueret:&
obtruncauerit & diſięcerit:quod quidē ita uero diſſonū eſt:ut illud quod de abolendis
ędeficiis maioꝝ in uita eius diximus. Iacēt ſtatuę tum propter uetuſtatem collapſę:tū
ēt quia baſibus ſublatis uel æris uel marmorum cā ſtare tātæ moles non poterāt. Q d'
āt capitibus careant mirum nequaq̄ uideri debet:cum ipſius ſtatuæ caſu ca ps: utpote
fragilior & ad accipiendā læſionem paratior potiſſimum frangatur. Sed quid ego has
coniecturas

conicćturas quæro? Videmus ſtatuas excifis capitibus non diſfractis iacere:quia facili us eſt caput ſtatuæ q̃ totum corpus deferri:qđ hodie quoq; fit ab his prę́ſertim q antiq tatis ſtudioſi ſunt. Non eſt igit̃ cur tãtum facin9 Gregorio obiiciatur. Ad ſabinianum redeo. Cuius hoc fuiſſe inſtitum ferunt:ut & horę in eccleſiis diſtinguerent̃ officii gr̃a: & accenſæ lampades cõtinuo retinerent̃: Potiſſimũ uero in eccleſia beati Petri. Sunt q ſcribant phoca annuente pacem tum cũ lõgobardis ictam:reddita Agilulpho eorum regi filia:quæ in bello capta fuerat. Tãta uero hoc tpe apparuere pdigia quantã nunq̃ antea:qbus certe futuræ calamitates portendebantur. Nam & cometes uiſu' eſt perlu cidus:& Byzantii puer quadrupes naſcit̃. Et apud Delon inſulam duo ma[illegible]a mõſtra omnino humanã ſpeciem hñtia uiſa ſunt. Sirenes fortaſſe fuere Acheloi filiæ ut aiunt poetę:q; ſi ita fuiſſet:nequaq̃ p monſtro hñda erãt:cum elemẽtum aquę animalia ter reſtribus ſimilia in omni ſpecie pducat. Sunt qui ſcribãt tempore ſabiniãi & Ioãnẽ pa triarchã alexãdrinum uiꝝ pietate & doctrina iſignem:& Latinianum epm carthaginẽ ſem Ioãni nequaq̃ diſſimilem:dignitatem utriuſq; eccleſiæ mirũ immodũ auxiſſe. Seue rus quoq; latiniãi familiaris uir doctiſſim9 multatũ in Vincẽtiũ Cęſar auguſtanũ epm ſcripſit:qui in Arrianum dogma declinauerat. Idem quoq; de uirginitate libꝝ ad ſororem ſcripſit:quem aureolum appellauit. At Sabinianus cum annum unum. Menſes quinq;. dies. ix. in pontificatu ſediſſet moritur:funuſq; eius a ſancto Ioãne per portam aſinariam & pontem miluium ad baſilicam Petri defertur. Vacat ſedes eius morte mẽ ſes undecim. dies ſex &. xx.

Prodigia

Seuerus

BONIFACIVS .III.

Ad Paſchalem autem redeo: quẽ quidẽ Gregorius ſeptim9 ob uirtutem & doctrinã ſancti Clemẽtis præſbyterũ creauit: in quo quidẽ loco clerus ipſe poſt urbani mortẽ: eundẽ Paſchalem uita priuata contentum: quippe qui antea monachus fuerat etiã nolentẽ & latitantẽ pontificẽ creat: q; diceret humeros ſuos nequaq̃ tãto oneri ſuffecturos: ſed expetente populo: eligente clero: collaudante Cardinaliũ ſenatu põtificium munus ſuſcepit: maxime uero cum ter acclamatum eſſet. Sãctus Petrus Rainerium uirum optimũ pontificem elegit: cui poſtea primi ſcrinii & ſcribæ regioarii paſchalis nomen indidere. Indutus deinde coccineam clamidem tiaraq; capiti eius impoſita: comitante populo & clero equo albo ad lateranũ perducit: maxime uero ad eã porticum quæ ad auſtrum uerſa in baſilicã Saluatoris ducit quã conſtantinianã uocãt ubi cum in ſede ad eã rẽ de more parata aliquandiu quieuiſſet: atrium lateranenſe conſcendens balteo ſuccingitur: Vnde ſeptem claues ſeptemq; ſigilla pendebant: ut intelligeret ſe ſecundum ſeptiſariam ſancti ſpiritus gratiam ſanctarum eccleſiarum quibus deo auctore preerat claudendi ſigillandi aperiendi recludendiq; rationẽ habere. Inuiſit

ſceptrum pontificiũ manibus gerẽs:ea quoq; loca quæ ſolis põtificib9 ſunt ad iudicata.
Sequentibus uero diebus cõſecrationem accepturus ad baſilicam beati Petri proficiſci-
tur:in qua eum chriſmate inunxere oddo Hoſtiẽſis epiſcopus: Mauritius portuenſis:
Gualterus Albanus:Bono Lauicanus:Milo Prẹneſtinus: Offo Nepeſinus.Oddoni
Hoſtiẽſi primæ partes quas adhuc retinet obtigere.Poſt unctionem uero in urbẽ redi-
ens coronam de more accepit.Hoc ita futuꝝ Albertus Alatrinus epiſcopus aliquãdo
diuinauit.Nã cum ab amico interrogaretᷣ quem Vrbano ſucceſſurum putaret Raine-
rium inqt:ꝑpter fidem & conſtantiam deus eliget.Ferũt & eũdem Albertũ tempus
ipſum quo in pontificatu uicturus erat prædixiſſe.At uero Paſchalis eccleſię dei ꝑpe
labenti quorũdam ſeditiõibus conſulturus:copias ſuas in Gibertũ antipapã mittit ma
loꝝ oium caput.Vt aũt tanto bello ſufficere pontifex poſſet.Rogerius Siciliæ comes
ei turmas aliquot & mille auri uncias auxilio miſit.Albæ marſoꝝ Gibertus homo ꝑni
tioſus tũ degebat:qui ubi intellexit hoſtes aduentare haud ſatis copiis ſuis fidens a Ri-
cardo Campano comite acceptis:relicta Alba in Furconẽſium montana:Quæ nunc
Aquilanoꝝ mutato nomine habẽtur ſeſe proripuit.Vbi nõ ita multo poſt ſubita mor
te correptus ſui ſceleris pœnas luit.A malis tamen eccleſia dei non ſtatim tã pernitio-
Ricardus ſo hoie ſublato quieuit.Ricardus.n.quem diximus Giberto copiis & opib9 fauiſſe in lo
cũ demortui Albertũ quẽdam ſufficit Atellanũ ciuem quæ urbs Auerſa nũc dicitᷣ iter
Neapolim & Capuã poſita qui ſtatim a bene ſentiẽtib9 abdicare ſe magiſtratu coactus
relegatur.Cauenſes autem agri Prẹneſtini incolæ Ricardi ſtultitiã & arrogantiam imi
Quot põtifices tati Theodoricũ quẽdã pontificẽ creauere:uerũ ii quoq; penitẽtia ducti quinto & cen
teſimo die e pontificatu deiectũ Anachoritæ habitum induere cogunt:& uitam duce-
re priuatam.Tertius prẹterea Maginulphus romanus ciuis apud Rauẽnã põtificatus
titulũ uſurpare auſus eſt:quem quidem & romani exilio multarũt:& Rauẽnates om-
ni humana ope deſtitutũ ab urbe ſua pepulere.Pacata aũt hoc modo romana eccleſia
Paſchalis uir magni ingenii atq; animi a religione ad arma cõuerſus adiuuãte Rogerio
Rogerius Vrbem caſtellanã & Beneuentum ab hoſtib9 occupatũ recipit.Interim uero Petrus co
lũna romanus ciuis impellente Ricardo Campano comite cuius maxime intererat co
pias pontificis diſtrahere cauas occupat põtificiæ ditionis oppidũ:Hanc ob rem pon-
tifex in eum mouens non ſolum cauas recepit:uerũ etiã Zagarolum & columnam pa
columna ternæ hẹreditatis caſtella ei abſtulit:ex colũna hanc familiã cognomentũ duxiſſe certe
Corſi putauerim.Erat & alia familia Romæ admodũ potens Corſi ii ſunt appellati: Grego
rio ſeptimo adeo fideles:ut eoꝝ domus ſub Capitolio poſitæ ab Hẽrico tertio ſint exu
ſtæ & ſolo æquatę.Veꝝ poſtea mutato cõſilio Stephanus eiuſdẽ familiæ princeps ab-
ſente Paſchali ſci Pauli baſilicã & caſtellũ eo loci ædificatũ furto occupat:unde icurſio
nib9 mirũ in modũ urbẽ Romã continuo uexabat.Hanc ob rem omiſſis reb9 externis
põtifex ad Vrbẽ ꝓpere rediens Stephanũ inde ui deiicit:quẽ ideo incolumẽ abiiſſe cre-
dimus ꝙ monachi habitum indutus irrũpentes decepit.Apparuiſſe tum mlta ꝓdigia
auctores plẹriq; ſcribũt:ꝙ & mare quibuſdã in locis littus præter ſolitũ.xx.paſſib9 oc-
cupauerit.In qbuſdã uero a littore in altũ centũ exceſſerit.Hoc ego quoq; ſupiore ãno
apud Puteolos uidi:exeſis quibuſdã colũnis marmoreis uſq; ad tris cubitos quas mare
ut incolæ dicebãt triẽnio ante abluere conſueuerat.Apparuiſſe & cometẽ miræ magni
tudinis tum affirmant:qui in occaſu cadente ſole ſtatim apparebat.Nõ mouebatᷣ his ꝓ
digiis Paſchalis qppe ꝙ fieri hęc natura cernebat.Veꝝ cũ intellexiſſet Florẽtinũ epm af
firmare ſolitũ Antixp̃m natũ eẽ:eo ſtatĩ ꝓficiſcitᷣ cõcilioq; hito re ip̃a admodũ diſſcuſſa
cũ leuitate

cum leuitate quadā: ut alicuius magnæ rei auctor uideret motum eþm cerneret hoiem
uerbis caſtigatum dimittit: atq; inde in Ciſalpinā ꝓficiſcit. Vbi ad Guardaſtallū con-
uentu multoꝝ principum & epoꝝ habito: de homagiis: de Pheudis: de ſacramētis epi
ſcopoꝝ laicis antea exhibitis exhibendiſue magna eſt habita ratio. At uero cū intellige
ret Gallos ſacerdotes: nō ita integre ut decebat uitā ducere: eo ꝓfectus apud Trecas cō
uentu habito: redactis ad Laudabiliorē cultū eccleſiis carūq; pręſidibus partim pulſis
partim caſtigatione emēdatis in Italiā ꝓpere rediit: ꝙ intellexerat oīa ſeditioſoꝝ quorū
dā factionibus ꝑturbari. Stephanus. n. corſus montem altū & pōticlum de ea parte he
truriæ quam nūc principis apoſtoloꝝ pāmoniū uocāt ceperat: pręſidiiſq; muniuerat:
unde frequenti incurſione omnia circūquaq; uexabat: quem pontifex inſequutus ex al-
tero caſtello deiecit: alteꝝ ui capere non potuit natura loci obſtante & hieme quæ iam
appetebat. Itur9 itaq; in Apuliā cōponēdaꝝ reꝝ italicaꝝ gr͞a Lauicano eþo eccl͞iam Pe-
tro Leonis & Leoni fregepani urbem urbanaq; omnia: Ptolomęo Sublacenſi domino
quę circa urbem ſūt ꝗdiligentiſſime cōmēdauit: relicto Gualfredo nepote: militiæ prin
cipe q una cū his ditionem eccleſiaſticā tueret. Veꝝ abſente pontifice quem ferūt Pto-
lomęū tāti mali auctorē dicere ſolitū nunꝗ amplius ad urbem redituꝝ ab eccleſia dei ii
oēs defecere. Petrus colūna quē pōtifex in gratiam receperat. Pharſenſis abbas cū Ana
gnis Pręneſtinis Tyburtinis Tuſculanis Sabinis. Auſus & idem Ptolomęus compara
to exercitu Albā latinā oppugnare ciuib9 ipſis acriter urbē defendentibus. Veꝝ ſupue
niente pōtifice cū principe Caietano cūq; Ricardo Aglano egregiis copiaꝝ ducib9 pul
ſis tyrānis eccleſiā dei occupare conātib9 & Albā obſidione liberat & reliqua oppida ꝗ
iam defecerāt in deditiōem recipit. Tybur obſtinate reſiſtens expugnat nō ſine magno
utriuſq; ꝑtis incōmodo: mōtē altū deiecto inde Stephano recipiēs: totū pāmoniū bre-
ui pacatū reddidit. Pace deide cōpoſita ad bellū Aſiaticū animū adicit: pricipes xp̄iãos
lrīs & nūciis ad eā rē ꝗ diligentiſſime aīat: ꝙ itellexerat Gothifredo hieroſolymis mor-
tuo Saracenos recuꝑandę hieroſolymę cauſa magnos exercitus eo duxiſſe: Superatiſq;
xp̄ianis ingēti clade & comitē Burgūdię in ipſo pręlio cecidiſſe: ac Boemūdum uiuum
in manus hoſtium deueniſſe: ipſum uero Balduinum regem Gothifredi fratrem ęgre
ex tanta clade ſeſe proripuiſſe: nec Paulum abeſſe quin urbs caperetur. Verumtamen
Barbari tāta uictoria potiti ꝓbſidere Hieroſolymas nequaquam ſunt auſi. Tancredus
autem egregie defenſa Antiochia laodiceam urbem imperio conſtantinopolitano ſub
iectam ui cœpit: ꝙ intellexerat Alexium imperatorem chriſtianorum clade delecta-
tum: militibus quoq; noſtris impedimento fuiſſe: quominus ſupplementi cauſa ex Eu
ropa in Aſiam traiicerent. Fœlicitate & audacia Tancredi Balduinus rex percitus com
parato propere exercitu in Accon ducere ſtatuit: uocatus in auxilium Genuenſibus &
Venetis: qui eo propere cum octuaginta roſtratis nauibus ac triremibus plęriſq; pro
fecti ſunt: Quare & urbs terra mariq; acriter oppugnata uigeſima die tandem capitur
& ſaraceni qui eo uenerant tuendæ Vrbis cauſa fuſi fugatiq; ſunt. Tancredus autem tā
tæ fuit pietatis in patruum Boemundum ab hoſtibus triennio in uinculis detentum:
ut ei magna ui auri redempto Antiochię principatum reſtituerit: poſtea uero idem
Boemundus Antiochiam ipſam Tancredo committens in Italiam primo mox in Gal
liam profectus Conſtantiam philippi regis Francorum filiam in uxorem accepit. Co-
gnito deinde Alexii imperatoris conſtantinopolitani conatu: qui maritimas Antio-
chię urbes infeſtabat: in Italiā rediens parata claſſe in Dalmatiā nauigat Dyrachiūq;
obſidet: ut ea ratione Alexium a bello Aſiatico reuocet: Quod etiam brevi factum

O bonum pontificē

Tácredus Mira pietas

eſt.Pacem uero petenti Boemũdus hac lege dedit: ut bello Antiocheno omiſſo militi-
bus Francis nullo maleficio per ſua loca tranſeuntibus iter in Aſiam tuto facere liceret.
Compoſita autem pace cum ea claſſe quam in Alexium parauerat in Aſiam Boemun
dus contendens: adeo chriſtianorum animos recreauit: ut Balduinus rex Beritum ur-
bem maritimam rex phœniciæ inter Sydonem & Biblum poſitam ac Tyro metropo-
li obtemperantem obſeſſam duobus menſibus ui tandem cæperit non ſine magno ſuo
rum incommodo. Hanc ob rem & paſſim ĩ omnes ſęuitum eſt: & urbs ipſa tanq̃ colo
Mors boemundi nia chriſtianis omnibus conceſſa eſt. Eodem quoq; tempore capta & Sydon eſt. In tan
ta uero chriſtianorum fœlicitate Boemundus clariſſimus princeps morte ſublatus lu-
ctu omnia compleuit: qui Boemundũ filium paruulum admodum ex conſtantia uxo
Henric9.iiii. re ſuſceptũ principatus Antiocheni ſucceſſorẽ relinquens Tancredo nepoti donec ado
leſceret cõmendauit. Interea uero Henricus.iiii. mortuo patre quẽ apud Leodiũ bello
ſuperauerat cõpoſitis in Germania rebus in Italiã ueniens apud Sutrium ſubſtitit: q
ſenſerat eius aduentũ paſchali parum admodũ gratum eẽ: quippe qui & eccleſias mul-
tas in bellis euerterat & epiſcopatus cõtra ius faſq; pro libidine animi cui placuiſſet de-
mandauerat. Verũ miſſis ultro citroq; legatis: cum imperator iureiurando interpoſito
polliceretur ſe & pacato agmine Vrbẽ ingreſſuꝝ: & coactuꝝ ſuos epiſcopos ut ſe a poſ
ſeſſione epiſcopatuũ abdicarent: quos largitione acceperant & potentia portæ repente
apertæ ſunt. Nã Sutrio mouens Henricus ad Montẽ guadii: uel ut alii uolunt ad mon
tem malũ: ſunt etiã qui montẽ aureum hunc appellent caſtra poſuerat. Vnde poſtea
annuente populo ꝓdeunteq; obuiã honorato quoq; Vrbem Leoninã primo ingredit.
Præcedentibus ſacerdotibus cum inſulis & reliquiis ſanctoꝝ a mole Hadriani nam per
eam portam urbem Leoninã ingreſſus eſt uſq; ad baſilicã ſancti Petri: cui9 in gradib9
pedes põtificis eo uſq; cũ Cardinalib9 ꝓdeuntis exoſculatus ẽ. Poſitis deinde militibus
ſuis in ſtationib9 una cũ põtifice ad dexterã tñ tẽplũ ingredit: in quo poſt orõnẽ ad al-
tare factã a pontifice petit ut illos confirmet qbus ipſe epatus dederat: licet iuſiurandũ
Capitur Paschalis antea interpoſuiſſet ſe nunq̃ id a pontifice petiturum. Paſchalẽ uero id facere recuſantẽ
intromiſſis militibus dato ſigno una cũ cardinalibus ſtatim capit: eũq; cũ magna par-
te cleri ſpoliati prius in caſtra perducit. Permotus tam inſigni iniuria populus ro. ſum
ptis armis Teutonicos ex urbe Leonina pellit: portaſq; omnes claudit. Tũ uero impe-
rator ad Soractis montem perueniens quẽ nunc ſancti Syluestri uocãt: in loco excel-
ſo & munitiſſimo pontificẽ & Cardinales collocat: diſpoſitis circumquaq; cuſtodibus
& pręſidiis ne inde auſugere uel retrahi ab aliquo poſſent: quo facto ſtatim reliquas co
pias urbem oppugnaturus mouens ad anienem peruenit. Vnde occupato prius põte
mammeo a mãmea matre Alexandri imperatoris nomen ducente ac tãti opis auctore
incenſis circumquaq; uillis incurſiones continuo in Romanos faciebat. Quare ponti-
fex incommodis ciuium & precibus motus ad pontem ſalarũ perductus accitis ex Vr
be notariis: qui pacta conſcriberent eos omnes licet inuitus in epiſcopatu confirmauit
quos antea Henricus delegerat. Hoc itaq; mõ cõpoſitis reb9 dimiſſis captiuis oĩbus im
perator a põtifice coronat in baſilica Sancti Petri clauſis pri9 urbis portis ne populus
erumperet: firmataq; ſtationibus ipſa ab Henrico baſilica. Vnde non ita multo poſt
uoti compos factus in Germaniam rediit. Pontifex uero pacata aliquantulum italia Pi
ſanos nauali gloria admodum potentes adhortatur: ut ex inſulis Balearibus quas iam
antea occupauerant in ſaracenos moueant: mare noſtrum & littora chriſtianorum in-
Piſani feſtantes: quare Piſani cupiditate gloriæ capti comparata ingenti claſſe impoſitaque

maiore iuuentutis ſuę parte in hoſtē proficiſcuntur. Verū dum apud uada Volaterra
na uentum expectant. Lucenſes eorū urbem defenſoribus uacuam inuadunt: quam
quidem Florentini Piſanoꝝ precibus moti repulſis Lucēſibus acerrime tutati ſunt. Ob
quā rē Piſani de Saracenis uictores domū redeuntes Florētinos duabus porphyreticis
colūnis donant: quæ adhuc ad portā ſacelli beati Ioānis baptiſtę uiſunẗ. Interim uero
Paſchalis concilio apud lateranū habito omnia quæ henrico ꝑmiſerat reuocat: q́ꝫ coa-
ctus nō libēs in eiꝰ ſniam armis nō rōnibus munitam deſcendiſſet: inſtantibus cardina
libus qui in uinculis erāt: populoq́ꝫ ro. qui ab Henrico bello uexabatur: ut quauis con-
ditione pacem cōponeret. Satius itaq́ꝫ uiſum eſt retractare male acta uiolēter ꝑſertim:
q̄ pati exemplo ꝑnitioſo: ut id quoq́ꝫ reliquis principibus licere uideatur: quod hēricus
ab iuito pōtifice extorſerat. Hoc aūt tp̄e Mathildis comitiſſa admodū ſenio confecta
moriēs romanę eccleſię ex teſtamēto reliq̄t q̄c q̄d a piſſia amne & ſancto Quirico agri
Senēſis uſq́ꝫ ad Ceperanū inter apeninū & mare ꝑtinet. Addita Ferraria quę adhuc ro
manę eccl'ię uectigalis eſt. Sunt qui ſcribāt quoꝝ de numero Vincentius ē auctor egre
gius hāc mulierē Florentię mortuā eſſe eo incēdio quo & magna pars urbis cōſumpta
eſt: & ad duo millia hoium cōbuſta tradunẗ: eiuſq́ꝫ corpus poſtea in Ciſalpinā trāſlatū
eſſe: & in monaſterio ſancti Bn̄dicti quod ab urbe Mātua. xii. millibus paſſuū diſtat ſe
pultū. Crediderim ego mulierē ip̄m Mātuę diem extremū obiiſſe: ſuoq́ꝫ iuſſu ad ſcm̄ Bn̄
dictū ſua impēſa ędificatū trāſlatā & ſepultā: ꝓcurāte eā rē Anſelmo uiro ſanctiſſimo
ac tāti monaſterii auctore: q̄ppe qui opam dederat Mathildis impēſa ut Cœnobiū tā
amplū tāquā magnificū ędificareẗ. Eodē quoq́ꝫ in loco ſepultum fuiſſe eūdē Anſelmū
ep̄m Lucēſem comperi: ac Mātuā deinceps trāſlatū in eccleſiā cathedralē: ob eā rē cre-
do ne a uicinis furto ſubripeẗ cū miraculis continuo clarior fieret. Affirmāt lucēſes cor
pus Mathildis apud ſe eē q́d ne credā facit Guidonis Gonzagę auctoritas q dum mo
naſteriū ſancti Bn̄dicti reſtitueret: inuētū corpus honeſtiore loco ut par erat colloca-
uit. Aliū quoq́ꝫ anſelmū fuiſſe his tp̄ibꝰ quidā auctores ſcribūt uiꝝ doctiſſimū & apud
anglos tāti precii habitū: ut breui ex monacho abbas deinde canturienſis archiep̄s fit
factus. Qui ēt libros de meditatiōibus: cur deus homo: de libero arbitrio: de ſimilitu-
dinibꝰ: de cruce: de beato Ioāne Baptiſta cōſcripſit. Fœlicia certe hęc tp̄a fuere: quę &
Sigibertū monachū celbatēſem uiꝝ ſpectatę doctrinę & Bernardū ex Caſtilione Bur
gundię nobili genere ortū protulere: is. xxii. annū attingēs ſub abbate Stephano q ter
tius fuerat ab incohato ciſtertiēſi monaſterio una cū. xxx. ſociis monachi hītū ſuſcipi-
ens tāti precii ob doctrinā & ſanctitatem eſt hītus ut breui abbas clarauellenſis mona
ſterii tum primū Roberti uiri Illuſtris impēſa ędificati creatus ſit: cui certe loco cū ma
xima gloria ad annos ſex &. xxx. pręfuit. Moriens deinde Bernardus præter ſanctitatē
multa quoq́ꝫ ſcriptis īgēii ſui monumēta reliq̄t: maxīe uero cōmētarios in cātica cātico
rū: cōſiderati ōes diuinæ cōtēplatiōis ad Eugeniū pōtificē uñ pōtificii muneris rō ducereẗ.
Scripſit & uarias ep̄l'as unā potiſſimū ad romāos qua eos uehementer carpit. Scripſit
& apologeticū & ſermōes in ſolēnibꝰ hītos. Ad Paſchalē redeo q in cōcilio apud Guar
daſtallū hīto decreuit ne urbes æmilię Placētia Parma Rhegum Mutina Bononię Ra
uēnati eccl'iæ antea Metropoli ſubiectę ampliꝰ eēnt: q́ꝫ ſępiꝰ ob ſupbiā in romanā ſedē
ꝓſules Rauennates cornua erexerant. Pontificē uero ad urbem redeūtē rogarūt ciues
q̄dā ut in locū Petri præfecti urbis demortui filiū ſubrogaret: q́d cū facere pontifex ne
garet ꝑꝑ ętatē pueri: qui uix decimum attigerat ānū tāta repēte ſeditio exorta ē: ut ei ab
ire ex ciuitate neceſſe fuerit: ne magna aliq̄ cędes iter ciues cōmittereẗ: cū multi ieſſent

Mors Mathildis

Teſtamētū mlieris

anſelmus

Bernarduſ

Eccleſia rauennas

qui nequaquam tantum magiſtratum puero committendum dicerent. Neq; ita quoq; ſeditionis ſemina abſtulit. Nam cum Albæ eſſet: intellexiſſetq; Petrum Leonis eccleſię fautorem in ædibus ſuis ab aduerſa factione oppugnari eo ꝓpere Ptolemeũ mittit ab Aricia accitum cum ſatis ualida manu: qui pulſos in trãſtyberinã regionẽ aduerſarios partim interfecit: partim capit: ac per municipia cuſtodiẽdos diuidit. Sed magna repẽte in Ptolomęo in conſtantia apparuit. nam quos ipſe Paulo ante cœpat eoſdẽ poſtea ſuo quoq; nutu ad municipia ꝓficiſcẽtes dum iter ꝑ algidum faciũt ex iſidiis obortus capit & laritiã ſecum ducit: inter quos & demortui ꝓfecti filius erat. Nõ contentus aũt tãti admiſſi facinoris Ptolemæus Sarminetum Nymphæum Tiberiã oramq; maritimã occupat. Interim uero Henricus e Germãia in Italiã cum exercitu deſcẽdẽs magno terrori omnibus fuit. Verum cum is Romã ueniſſet abſente pontifice: qui tum in Apulia concilium hẽbat: cumq; ſe priuatum dignitate imperii putaret: una cum poteſtate dãdorum epiſcopatuum a Barcharenſi archiepõ patria exule iterum coronatus ante beati Gregorii corpus: in patriam abiit. Paſchalis autem abſoluto conuentu ex Apulia Romã cum copiis Normãnoꝝ rediens: & multa oppida ab hoſtibus occupata recepit: & Præneſte Caloioãnis imparoris cõſtantinopolitani: qui patri Alexio ſucceſſerat Oratores libẽter audiuit: eiſdemq; in mandatis dedit: ut Caloioãnẽ ſuo noĩe contra ſaracenos animarẽt. At uero Farfenſis abbas & Ptolemæus qui nullum ſibi ueniæ locũ apud põtificem ob ſua maleficia reliquerant. Latebris deliteſcentes tandẽ ꝑ amicos in Paſchalis utri mitiſſimi grãm redeunt. Pacatis hoc mõ reb9 dedicataq; Præneſte Agapiti baſilica Romã effuſa obuiam urbana multitudine honoris cã tãdem rediit: qua quidem ex frequentia in ualitudinem incidens ſe paulopoſt moriturum cognouit: qua re acceptis eccleſiæ ſacramẽtis cohortatuſq; clerum ad pacem & concordiã: põtificatus ſui ãno. xviii. mẽ. vi. die. vii. moritur. xv. kal. Februarii: ſepelliturq; honorificentiſſima pompa in baſilica conſtantiniana. Suo autem pontificatu facta poteſtate ſacrorum ordinum preſbyteros. l. diaconos. xxx. epiſcopos centum creauit. Romæ prætera ecclias: xv. conſecrauit: maxime uero baſilicam ſancti Hadriani in tribus foris profanatam quorundam factioſorum ſcelere: eccleſiã ſanctę Mariæ monticelli in regione Areolæ. Poſtremo uero reſtituit & cõſecrauit baſilicam ſanctorum coronatorum: eo tempore dirruptam quo Robertus Giuſcardi Salernitanus princeps eam partem urbis incendit quæ a laterão ad capitolium uergit ut in uita Gregorii ſeptimi diximus.

abbas farſæ

GELASIVS .II.

GELASIVS ſecundus Ioãnes antea uocatus patria Caietanus patre Creſcentio nobili genere natus ingenueq; a teneris ãnis educatus & doctus in monte Caſſino religionis fundamenta perdidicit ſub Odriſio abbate uiro ſanctiſſimo. Hanc ob rem ab Vrbano ſecundo Romam accitus cognita hominis uirtute & fide ſemper in precio eſt habitus. Verum imprimis eius fides perſpecta eo tempore eſt: quo Vrbanus pontifex a Germanis: & Giberti antipapæ factionem ſequentibus in inſula Lycaoniæ Romæ inter duos pontes obſeſſus eſt. Solus enim una cum Petro Leõe uiro illuſtri hominem ſanctiſſimum nonq̃ deſeruit. Hanc ob rem poſtea cum Vrbanus meliore fortuna uteretur: tanti beneficii memor Gelaſium primo quidem ſecretis ſuis admouet ob fidem & doctrinam: eique negociũ dedit ob elegantiã cõpoſitionis ſuæ: ut romanæ curiæ ſtilu negligẽtia & ignorãtia maioꝝ labefactatũ ĩ meliorẽ formã & ornatũ redigeret. Poſtea uero cognita hoĩs amplitudĩe eũdẽ referre in cœtũ Cardinalium inſtituerat: eaq; de re ſępi9 i ſẽatu locut9

fuerat:aſſentientibus omnibus. Verum mortuo non ita multo poſt Vrbano Paſchalis meritoq; tanti uiri nõ imemor ſtatim eũ diaconũ cardinalẽ decernit. Mortuo deide Paſchali cũ de creãdo nouo põtifice ratio hereẽ: ob eamq; rem Cardinales oẽs in monaſterio ad Palladium Paululũ infra ædes Leonis & Cincii Fragepanes congregati eẽnt uno omnium conſenſu Ioãnes Caietanes Gelaſius pontifex creatur. Veq; Cintius Fregepanis ira ob hanc electionẽ pcitus q unum ex ſuis Cardinalib9 collegio pponſuerat quem pontificem eligerẽt:in monaſterium Palladii cũ armatis ſatellitib9 irrumpẽs refractis foribus obuiũ queq; percutit:pontificẽ obtorto collo in terram deiectam calcib9 conterit:in uinculaq; conicit. Cardinales aũt fugam parãtes ex mulis & equis deiicit:nullũq; genus contumeliæ pter mittit:quo affici tantus ſenatus poſſet. Non tulit autem tãtam iniuriam populus ro. Ad ædes Cincii Fregepanis armatus concurrit eiq; ac familiæ interitum minaẽ niſi ppere Gelaſium incolumẽ reddat. Faciũt mandata Fregepanes maxime uero Leo qui pontificis pedes uidentibus omnibus ſepi9 exoſculatus ueniam ſupppliciter petebat. Equum itaq; albũ conſcẽdes pontifex uia ſacra in lateranũ ducit comitante clero populoq; ro. ibiq; de more coronatur. Interea uero Balduinus quẽ ſtatim litteris & nũciis pontifex adhortatus eſt:ut Barbarorum impetũ tãdiu ſuſtineret quoad in Aſiam noua ſupplemẽta mitterenẽ Caſtellũ i Syria Sobal uocitatũ occupat & munit:ut xpianis cõtra Barbaros continue dimicantib9 receptaculum eẽt. At uero Boemũdo adoleſcẽte mortuo Tãcredus tutor Antiochiæ prĩceps ab omnibus chriſtiãis declaraẽ:quem quidẽ confirmato pri9 principatu Balduinus hieroſolymitanus rex ad ſe cũ militib9 ſuis uocat:dimicatur9 cũ hoſtib9 Thurcis Saracenis Arabib9:qui cum magno exercitu prouinciam hieroſolymitanam ingreſſi erant. Eo itaq; ueniẽs Tãcredus cognita chriſtianoq; paucitate:fruſtra Balduino diſſuaſit ne collatis ſignis cum hoſte decerneret:neue rẽ chriſtianam in ſummũ diſcrimen adduceret. Nam cum hoſtibus ipſis pugnandi copiam feciſſet ingẽti clade ſupat9 ægre cum paucis hieroſolymam ſe recepit. Diuerſis preterea tramitib9 Tãcredus Antiochiam pueniẽs fuga ſalutem ſibi queſiuit. Elati aute tanta uictoria hoſtes montem Tabor conſcendentes monaſteriũ eo loci poſitum diruunt:monachis ad unũ omnibus iterfectis. Nec interim quietus ab externo hoſte Gelaſius fuit:qui Henrici imperatoris furorem Italiã uaſtantis:iam iamq; urbẽ hoſtili animo ingreſſuri deuitans ad ædes Vulcamini potentiſſimi ciuis primo confugit:ueq; cum ibi quoq; nequaq̃ tutus uidereẽ una cum ſuis triremes conſcẽdẽs:duę.n. iã ad id inſtructę paratęq; erant. Hoſtiã tyberi delabiẽ:inſequẽtib9 Germanis militib9 & pontificem telis ac ſagittis petẽtib9. Cum hoſtiam uero pueniſſet neq; ingredi mare propter inſtantes procellas liceret:terreſtri itinere. Ardeã proficiſciẽ Vgone. xii. apłoq; Cardinali uiro ampliſſimo ſemp eũ comitante. Cadentibus autem fluctibus Hoſtiam reuerſus Tarracinam primo mox Caietam adnauigat:ubi pbenigne a ciuibus ſuis ſuſcipitur. Conuenere eo ſtatim & Gulielmus Apuliæ dux: & Rhobertus Campanus princeps ac Ricardus Aquilanus:pollicentes ſe in eius poteſtate ſemper futuros: ut ueros decet eccleſiæ dei uectigales. Cum igitur parari exercitum contra ſe Henricus intellexiſſet:Mauritium Bracharenſem archiepiſcopum antipapam creant quem potiſſimum Gelaſio obiiceret eumq; Fregepanum Familiæ commendauit: Gregorius is appellatus eſt. Non contentus autem tam pernitioſo exemplo Henricus:in Anagninũ agrũ copias ſuas mouens omnia hoſtilem in modum diripit & capit. Turriculum quoq; munitiſſimum locum iam oppugnabat cum ſubito nuntiatum eſt Gelaſium cum proceribus Appuliæ magnoque cum exercitu aduentare: quare motis caſtris

Scelus inauditum

Balduin9

Fuga pontificis

Italia cedẽs cuncta cædibus & rapinis compleuit. Gelaſius autem remiſſis in Apuliam
proceribus Romam uenit arbitratus ob diſceſſum Henrici omnia deinceps pacata fo-
re. Verum longe ſecus q̃ putarat accidit. Nam cum itellexiſſet antipapam Fregepanũ (Fregepães)
auxilio fretum Romæ manſiſſe: potentiam iſtius familiæ ueritus: apud amicos quoſdã
prius delituit. At uero cum poſtea in eccleſia ſanctę Praxedis myſteria celebraret: inſtã
tibus hoſtib9 cũ factione ſua uix ſeſe ab eoꝝ manibus fuga ſubtraxit. Corſis Normãnis (Corsi Normãni)
familiis egregiis ac Creſcẽtio nepote acerrime defendẽtib9. Seq̃nti uero die a ſuis armis
& cliẽtelis bñmunitis in urbẽ uocat9: nã ad ſcm̃ Paulũ confugerat: habito cardinalium
conuẽtu diſcedere ab urbe inſtituit ne creſcẽte indies magis magiſq; ſeditiõe magna ali-
qua clades oriret̃. Relicto itaq; Petro portuẽſi ẽpo qui uices eius quãtum ad rẽ ſacram
ptinebat Romæ gereret: cõmẽdataq; Bñuẽtanæ ciuitatis cura Vgoni cardinali. xii. apo
ſtoloꝝ: Piſas primo adnauigat: cũ terreſtre iter nequaq̃ ſibi ac cardinalib9 quos comites
ſocioſq; hẽbat tutum uideret̃. Exceptus itaq; pbenigne a Piſanis cum rationẽ diſceſſus
ſui ab urbe audiẽtibus omnibus reddidiſſet inde ſoluẽs in Galliam ad portã ſancti Egi
dii puenit. Vbi cum ab abbate Cluniacẽſi uiro optimo: tum a Monachis: & oib9 fide-
libus qui eo eius rei gratia undiq; conuenerat: magnifice ac ſplẽdide ſuſcipit̃. Deinde ue
ro per continẽtem honeſto comitatu magiſq; ſplẽdido ut nunc fit incedẽs. Intereũdũ
baſilicam ſanctæ Ceciliæ in Stagello: eccleſiam ſancti Syluestri in Tillano: eccleſiam
ſancti Stephani in Tornaco dedicat: lapidibuſq; eccleſiarum terminos notat. Tãdem
uero ad Cluniacẽſe monaſterium pueniẽs pleureſi correptus pontificatus ſui anno pri
mo die quinto. morit̃: uir ſanctiſſimus & omni laude dignus: ſi uitã continẽtiſſimam:
ſi mores: ſi doctrinã inſpicis: q̃bus ex rebus fit ut facillime credam eum q ita conſtan-
ter & ſancte in tantis procellis humanaꝝ pturbationũ uixerit: nũc beatã & ſempiternã
uitã in cœlo ducere. Sepellit̃ aũt ei9 corpus intra limina Cluniacẽſis Cœnobii. Sũt qui
(Tẽplarii) ſcribant huius pontificatu incohatam eẽ templarioꝝ militum originem q non longe a
ſepulcho domini habitantes peregrinos ſuſcipiebant: eoſq; per loca ſacra armati duce-
bant ac reducebant: quo eis ſine ullo maleficio inuiſere loca ſancta liceret. Hos uita ſide
gratia mirumimmodum Cuſentinus commendat.

CALISTVS .II.

CALISTVS. ii. Guido antea uocat9: natiõe Burgundus Viẽnenſis archi
ẽps originem a regib9 Franciæ ducẽs ab his cardinalibus pontifex creat̃:
q mortuo Gelaſio Cluniaci tum aderãt. Veꝝ is nõ pri9 põtificiũ hitũ ſi-
bi deſũpſit: q̃ itellexit ſe ab his quoq; cardialib9 cõſirmari q Romę & i Ita
lia remãſerãt. Re itaq; lr̃is & nũciis cognita Romã ueniẽs populo obui-
am pdeũte ac honorato quoq; urbẽ igredit̃: cõgratulantib9 oib9: tũ põtifici: tũ ciuitati
romãę: q hũc quietis & pacis auctorẽ futuꝝ cernebãt. Reb9 aũt ex ſn̄ia romę compoſi
tis Bñuẽtũ pſiciſcit̃: quo & pricipes oẽs ſtatim cõuenere: ſalutãdi ut mos eſt pontificis
cã: maxime uero Gulielmus Apuliæ dux Iordanus Cãpaniæ comes Arnulphus Ario
la. Rhobert9 Lorotelli comes: uiri iſignes & ſine contẽtione illi9 partis Italiæ facile pri
ceps: q et polliciti ſunt adhibito iureiurãdo ſe in ptãte põtificis ſemp futuros. Caliſtus
ãt q nil aliud meditabat̃ q̃ bellũ Aſiaticũ in quo de xp̄ianis ægre tot barbaras gẽtes ſu-
ſtinẽtibus ad dubitabat̃ Romã rediẽs: Lãbertum hoſtiẽſem ẽpm Saxonem ſancti Ste
phani in Cœliomonte pręſbyteꝝ cardinalẽ: Gregoriũ ſancti Angeli diaconum lega-
tos ad impatorẽ mittit: q pace ſine ulla contẽtiõe cõpoſita ad urbẽ redeũtes tabellã pa-
cis ad Lateranẽſem baſilicã ſuſpẽdere: qua q̃dẽ plecta tanta repẽte lætitia publica exor-

ta eſt: ut paſſim cōgratulantium coetus audirenť. Verum ne diuturnior hæc lætitia uideretᷓ effecit Rogerius Siciliæ comes: q Calabryā & Apuliā abſente Gulielmo comite occupat. Rogerius Gulielm9.n. Alexii imꝑatoris conſtantinopolitani filiā in uxorem ducturus: abiēs Calabryā & Apuliā pōtifici cōmēdauerat. Hanc ob rē Caliſtus ab Vrbe diſcedēs Bñuētū ꝑuenit: indeq Vgonē cardinalē ad eū miſit arcē Nicephorim tum ī Calabrya obſidētem. Monitus aūt Rogerius ut ab armis diſcederet nequaq̄ pontificis edicto obtemperat: imo acrius inſtabat: ne Gulielm9 cōſobrin9 rediēs ei impedimēto foret: quo minus Apulia & Calabrya potireť. Parabat iam arma pōtifex cū ſubito una cū magna parte ſenatus febri correptus redire ad Vrbē re infecta compelliť. Hāc ob rē Rogerius nemine aduerſante Apulia & Calabrya potiť. Atq hoc modo Gulielm9 uxore fruſtratus ac principatu deiectus apud Salernitanū principē uitā degēs ſine heredibus breui moriť. Rogerius itaq tanto aduerſario ſublato regē Italiæ ſe nūcupat. Caliſtus aūt recupata ualitudine apud Lateranū noningētoꝝ patrum concilium habuit in quo quidē deliberatum eſt: ut primo quoq tpe ſupplemēta militiæ iam deficiētis chriſtianis in Aſia bellū gerētibus ſubminiſtrarētur. Qua ſpe eiectus Balduinus hieroſolymitanus rex Gazin regē Thurcoꝝ minorē Aſiā incolētium cū magno exercitu in ſe mouētē ſuperat & captū in carcerē conicit. Eadē quoq fortuna uſus Damaſci regē hieroſolymas cū exercitu hoſtili aīo petētē ſundit fugatq duob9 milib9 hoſtium cæſis mileq captis: Veꝝ ſuꝑueniente cum magnis copiis Balaac Parthoꝝ rege cui ſtatim nullis expectatis auxiliis congredi auſus eſt tanta clade ſuꝑatur Balduinus ut etiam ipſe una cum ꝓcerib9 multis captus & in uincula coniectus ſit: Quare Caliſtus pontifex maturandū ratus: ne reliqui chriſtiani amiſſo rege opprimerētur: inſtante Veramūdo hieroſolymitano pr̄iarcha uiro optimo ac doctiſſimo: Venetos ſpe gloriæ & pręmii concitos in hoſtem magna claſſe permouit: Dominico Michaele duce: milleſimo.c.ac.xxii. ſalutis noſtræ anno: qui quidem ad Ioppem claſſe delati quam Saraceni Babylonis terra mariq obſidebāt: ſuꝑatis barbaris ingēti clade obſidionē ſoluunt. Itum eſt & in Tyrum quā diu obſeſſam haud incruēta uictoria coepere: pacti tamē prius ut Tyri & Aſcalonis dimidium obtinerent: ſi eorum opa in chriſtianoꝝ poteſtatem deuenirent. Verum Emanuel græcoꝝ Imperator Caloioanni ſuffectus tantam uictoriam latinis inuidēs uel latina lr̄atura utētibus: Venetis mandat ut claſſis ſuæ præfectū reuocent: q certe eoꝝ dicto obtemꝑans ira incenſus Rhodum Chium unde corpus beati Theodori martyris Venetias tranſlatum tum eſt: Samum Mitylenē Andron imꝑatoris inſulas diripuit: Motonium ſpoliatū incolis muniuit. Traguriū ex Vngaris captum ditioni Venetę ſubiecit. Lapidē pręterea ſecum in pr̄iam detulit ſuꝑ quo apud Tyrum xp̄s ſediſſe fertur. At uero Balduinus quem diximus ab hoſtib9 captum ꝓcio redēptus hieroſolymas rediēs xp̄ianam rēpu. iam labentē aliquādiu ſuſtinuit. Hanc ob rē Caliſtus aliquid getis a reb9 externis nactus & cardinales.xii. creat: & baſilicas multas uetuſtate collapſas reficit. Moenia urbis inſtaurat: aquā in urbem inducit: arces eccl̄iæ munit. Donaria plurima argēti auriq baſilicis diuidit. Fundos plęroſq coemptos beato Petro donat. Eccleſiam beati Nicolai in palatio ædificat. Veꝝ ne tāta foelicitas ſine aliquo incōmodo diuti9 in terris eēt: Gregori9 antipapa Burdin9 antea uocat9 nomē pōtificis uſurpare conatus Sutrii ſe cōtinēs auxilio quorūdā tyrānoꝝ fretus: & romanos incurſioib9 uexabat: & ꝑegrios negocii ac religiōis cā ad urbē accedētes ſpoliabat. Quaꝛ Caliſt9 cōparatis repēte copiis ꝓmiſſoq cū expeditiſſimo quoq Ioāne Cremēſi.ſ. Chryſogōi pr̄bro cardiāli ſubſeqns ipē hoſtē uincūt Sutriū capiūt Burdinū Camelo īpoſitū in triūphi ſpeciem

Romam ducunt:quem pontifex uita donatum Cauenſi monaſterio incluſit.Caliſtus
autem de deo deꝗ; hominibus:benemeritus pontificatus ſui anno quinto.menſe deci-
mo.die ſexto.in domino moritur: Vacat tum ſedes dies.viii.

HONORIVS .II.

HONORIVS.ii.q & Lambertus ex agro Imolenſi oriundus Hoſtien-
ſis eps:eo tpe pontifex creat̃:quo Balduinus ab hoſtibus precio redēpt9
Antiochiam hieroſolymitano regno adiũxit:mortuis his oibus ad quos
principatus ille iure deueniebat. Verꝫ cũ tantus principatus retineri ſi-
ne præſide non poſſet eidē ꝑfecit Raimũdum Gulielmi ducis Auſtriæ fi
lium:cui ſupioris Boemundi filia nupſerat.Hoc aũt modo compoſitis reb9:regē Aſca
lonitarꝫ ægyptiorꝫ copiis fretum:& ob eam rem Hieroſolymitanos infeſtantem unico
prœlio repulit.Baldequanum pręterea Damaſci regulum idem molientem:ſed maio-
ribus copiis tribus grauiſſimis prælíis fundit fugatꝗ; multis paſſim more pecorum cæ
ſis.Ad Honorium redeo qui etſi obſcuro loco natus erat:tamē litteratura & morib9 tã
to magiſtratu dignus uidebat̃. Verꝫ non adeo eius ingreſſus laudat̃ cũ ambitione quo
rundam potiuſꝗ oíum bonorꝫ cõſenſu pontificatũ inierit.Morꝫuo enim Caliſto cũ de
legēdo nouo pontifice ratio haberet̃.Leo Fregepanis omnibus Cardinalibus ĩterdixit:
ne uſꝗ; ad diem tertiũ pontificem crearent:quo & maturius deliberare & canones inſpi
cere liceret:quamuis non ea mēte id fecerit homo acutus & ad fallēdum uafer:quã uer-
bis pre ſe ferebat:ſed ut ei tantiſper diſponere hoíum ſuffragia liceret:qbus Lãbert9 põ
tifex crearet̃.Nam populus ipſe Saxonem ſcĩ Stephani Cardinalem pontificē peru-
pide nimiũ optabat.Id quoꝗ; ſe cupe Leo Fregepanis oñdebat quo & populũ & pres
negligētes & incautos in ſniam ſui quauis arte pelliceret.At uero cũ id uelle Leonē Car
dinales qdam cernerent:ne ex eius ſnia pontificē legerēt:omiſſo Saxone: Thebaldum
ſcē Anaſtaſiæ præſbyterꝫ Cardinalē põtificē deligũt:quē Celeſtinum appellarũt.Tũc
aũt Leo non ampli9 imorandũ ratus ꝙ iam offenſum hac electione populũ cernebat:
Lambertũ de quo añ dixim9 pontificē magna uoce ꝓponit:acclamãte populo cleroꝗ;
eam electionē manib9 & nutib9 approbante.Tum Leo maturandũ ratus ne ſniæ ho-
minũ ĩmutarent̃:in ſimiis:loci nomē eſt:non longe ab ecclesia ſcĩ Sylueſtri:hominem
pontificali habitu exornat:q & ſi primo artib9 qbuſdam tantum magiſtratũ adeptus
eſt:tñ poſtea oium conſenſu pontifex maximus conſalutat̃.Pontificatũ adeptus Car-
dinales quoſdam uiros inſignes creauit:quorũ opera poſtea magnis in rebus uſus eſt.
Familiaritate.n.preclarorꝫ uirorꝫ mirifice delectatus eſt.Nam Pontium quēdam abba-
tem Cluniacenſem uirum induſtriũ Romæ retinuit.Ingenium quoꝗ; Hildeberti Ce-
nomanenſis epi mirifice extulit quem deinceps Turonēſem archiepm creauit:ꝙ pluri-
Vgo mũ heroico elegiacoue carmine ualeret.Huius quoꝗ; tpa clariora fecit Vgo de ſancto
Victore ſi cognomentum inſpicis ſi pñiam pariſienſis doctor inſignis.Hic.n.tum di-
cendo tum ſcribēdo ingenii ſui ꝓclara monimēta reliquit.Extat eius liber de ſacramen-
tis:liber ſniarꝫ:liber in dialogo q Didaſcalus appellat̃:liber de cura animæ.Liber de ar
tibus & doctrinis.Hos aũt omnes tanta beniuolentia Honorius pontifex amplexus
eſt:ut nullum genus officii prętermiſerit quo eos ad honeſtiorem dignitatis gradum
arnulph9 euhei poſſe exiſtimaret.Vnũ tñ ſuis tpibus accidit quod nequaꝗ ꝓbandum eſt.Arnul-
phus enim chriſtianæ religionis prædicator egregius clericorꝫ inſidiis Romæ necatur:
ꝙ acerbe nimiũ in eorꝫ laſciuiam & libidinem inueheret̃:ꝙꝗ; eorꝫ pompam & in com-
parandis diuitiis nimiũ ſtudiũ improbaret:paupratem xpi & integerrimam uitam ad
imitationem

imitationem omnibus pręponens. Hunc multi ex nobilitate romana tanq̃ uerꝫ chriſti diſcipulũ & ꝓphetā ſequebant̃: hunc laudibus ad cœlũ tollebāt: hinc odiũ hinc iræ in ꝑniciem bene ſentientis uſq; ad necē excitare. Fuerit ne hic ſanctiſſim9 uir præſbyter. an monachus: an hęremita haud ſatis conſtat. Sunt qui ſcribāt Honorio ipſi id admodũ diſplicuiſſe non tamen tanti facinoris auctores unq̃ inuentos. At uero cum in pontificatu recte gubernato quinquēnio ac menſibus duobus uixiſſet collachrymantibus omnibus moritur: & in baſilica lateranenſi nullo non genere honoris adhibito ſepellitur. Vacat tum ſedes diebus octo. Neſcio ego quid ſibi uelit marmor illud ſuo nomine inſcriptum quod ante ædes beatæ Praxedis adhuc extat.

INNOCENTIVS .II.

INNOCENTIVS. ii. patria romanus ex tranſtyberina regione patre Ioanne pontifex creatus in Rogerium Rogerii comitis Siciliꝫ filiũ hęredē nũcupatum q; mortuo Gulielmo Apulię duce omniq; Roberti Giuſcardi familia in eo deficiente dominatum Apulię occupare nitebat̃: ſtatim mouet. nā is ad ſanctum Germanũ caſtra habebat: quem certe primo impetu repulit tantũ ualuit romani exercitus fortitudo & uirtus: oppidoq; ipſo capto tyrānum in Galucio aliquandiu acriter obſedit. At uero Gulielmus Calabryę dux cũ magnis copiis adueniens & patrem unico pręlio fœliciter habito obſidione liberat: & pontificē cũ his Cardinalib9 capit: qui in exercitu romanoꝝ erāt: hos aũt omnes nō ita multo poſt Rogerius mirā modeſtia uſus: una cũ pōtifice liberos facit: Quā ob rē deinceps qđ uoluit facile a pōtifice obtinuit: pręter regni titulũ: quē maximis ꝓhemiis & pollicitationibus impetrare contendebat. Interim uero Petrus romanus ciuis Petri Leonis potētiſſimi hominis filius Romæ antipapa creatur: quorũdā facinoroſoꝝ ſeditionibus Anacletuſq; appellatur: qui ſpoliatis romanæ Vrbis templis: ſpoliatis eccleſiaꝝ theſauris uĩ irrũpens: maxime uero in baſilicā Petri unde crucifixũ aureũ & coronas pendentes ſubſtulit: tantũ pecuniaꝝ conflauit: ut ꝑfacile largitionibus ſeditioſum quēq; Romę in ſententiā ſui ipſius alliceret. Innocentius aũt ad urbē rediēs ubi ſeditionibus plena oia cerneret: ſpectareq; rem ipſam ad cædem multoꝝ uideret: ſpōte cędēs primo quidē Piſas adnauigat deinde Genuā poſtremo in Frāciā ꝑuęnit. Interim uero Anacletus antipapa tanto aduerſario ſubmoto: & aĩos ciuiũ cũ Innocētio ſentiētium: quoad fieri poteſt ſibi largitionibus cōciliat: & Rogeriũ in partes ſuas facile deſcendentem: quo magis ei obnoxius eſſet utriuſq; Sicilię regem creat. Innocētius aũt celebrato apud clarum mōtē concilio in quo Petrum antipapā cũ ſectatoribus damnauit aurelianũ ſe cōtulit: uiſoq; rege Philippo a quo ꝑbenigne eſt habit9 Caraotũ in Belgas petiit: ubi Hēricũ Anglię regē in itinere obuiā factũ multis ratiōibus ad expeditionē in Saracenos adhortatus eſt. In Lothoringiā inde flectēs: Lothariũ Leodii reptum a Germanis tum regem creatũ: de ſe reſtituēdo multa pollicētem ſacramēto adigit expeditionē parare qua quidem tutus etiam ad Vrbem reduceretur. Remis deinde in Belgis altera Synodo habita in Italiam rediit: celebratoq; concilio apud Placentiam Piſas ſe contulit: quam ciuitatem iam pridem cum Genuenſi populo diſſidētem in gratiam tandem redegit. Genuēſem quoq; ep̃m q Mediolanenſi ſuberat archiep̃m creat: tribus Corſicæ ep̃is illi cum Bobiēſi parere iuſſis. Piſanis quoq; archiep̃m dedit trib9 item aliis Corſicæ epiſcopis cum populoniēſi eidem ſubiectis. Lotharius aũt cũ magno exercitu in Italiā ueniēs: admonito pōtifice qđ fieri oporteret: partitis copiis ad urbē mouet. Nā dũ ip̃e occupato pri9 Ianiculo Vrbē ingredit̃ Innocēti9 Aniene pōte Māmeo traiiciēs in late-

Antipapa

Lotharius

ranũ ꝑducitur:nuſq̃ apparẽte antipapa:cuius factionem Lotharius mira fœlicitate ad
ſanitatẽ redegit:cauitq; quãtum in eo fuit ne deinceps uexari ab aduerſariis Innocẽtius
poſſet. Tãto itaq; bñficio deuinctus Innocẽtius mortuo Henrico Lothariũ impatorẽ
romanũ creatũ impii corona exornat:quo ſtatim in Germaniã abeũte ad cõpeſcendos
Leuticoꝝ motus:dum põtifex cõcilium Piſis ꝓ repu.xp̃iana:proq; tuenda fide de mo-
re habet:rurſum antipapa quẽ in eodem cõcilio damnauit:factioſis quibuſdam & Ro
gerio adiuuãtibus in pontificẽ ſurgit. Quare & Lotharius imperator iterum cum exer
citu ſupatis Leuticis Italiã repetit:& Piſani claſſem potẽtiſſimam in auxilium põtificis
educũt:qbus copiis & Romæ ſeditionem oppreſſere:& Rogerium terra mariq; oppu

Rogerius

gnatum amiſſis rebus omnibus Italia in Siciliã breui pepulere. Audita tanta uictoria
Ioãnes conſtantinopolitanus imparor q Rogerio aduerſabat̃ legatos ſtatim ad Lotha
rium mittit de ſupato hoſte cõgratulatum:quoꝝ de numero quidã philoſophus erat:
qui diſputationibus oñdere nitebat̃ latinam eccleſiam admodum errare:ꝙ cõtra ſñiam
Niceni concilii:ut ipſe dicebat:quo declaratum eſt ſpm̃ ſcm̃ a patre ꝓcedere: Latini a fi-
lio quoq; id fieri addidiſſent. Tum Petrus diaconus homo doctus & argutus q tum in
corona aderat diſputandi gratia. Si inquit latini damnãdi ſunt: ꝙ addiderint ſpm̃ ſcm̃
a filio quoq; ꝓcedere:damnãdi multomagis Græci uident̃:qui id fieri a ſolo p̃re addide
rint:cũ ipm cõciliũ a patre dixerit. Deluſus homo audax tam acuto rñſo ſubſtitit ampli
us hac de re diſceptare. At uero põtifex ne abeunte impatore Rogerius iterum Apuliã
repeteret:Rameonẽ Lotharii impatoris comitem cum aliquot cohortibus ad ꝓpulſan
dam iniuriam relictum ducem Apuliæ creat. Mortuo deinde antipapa:occulteq; a ſu-
is ſepulto cum etiam eius Cardinales in fidem romani pontificis deueniſſent quietura
iam reſpu.chriſtiana uidebatur:cum ſubito romani qdam ſeditiõibus potẽtiam querẽ-
tes ſenatores creauere qui rem pu.romanam ditionemq; ad ſe pertinentem gubernarẽt.
His aũt dum põtifex reſtitit habito apud lateranum cõcilio:quo inſtituit ne qs laicus
manũ uiolẽtam clerico iniiceret pontificatus ſui anno.xiiii.mẽſe.vii.die.viii.morit̃: mil
leſimo.c.xliii. Salutis noſtræ anno:quo tempore magno in precio fũt habiti & Gilber
tus e Britannia oriundus uir tantæ doctrinæ ut ob uarietatẽ diſciplinarum uniuerſalis
appellaretur:& Ambercus Remenſis archiepiſcopus Gilberto præceptore nequaquã
eruditione & doctrina inferior:huius quoq; pontificis illud opus eſt quod adhuc cerni
mus in fornice ſanctæ Mariæ tranſtyberinæ e muſico.

CELESTINVS .II.

CELESTINVS.ii. Guido antea uocatus ſancti Marci præſbyter Cardi
nalis natiõe Tuſcus e caſtro fœlicitatis quod nõnulli ciuitatẽ caſtelli eſſe
affirmãt Typhernum ab antiqs appellatum:pontifex indemortui In-
nocẽtii locum oium cõſenſu creat̃:eo maxime tp̃e quo in Aſia Balduino

Fulco

rege uita fũcto Andegauẽſiũ comes Fulco Balduini gener tertio loco ſi
ordinem ſucceſſiõis iſpicis regnũ hieroſolymitanũ accepit:quod duoꝝ ẽt filioꝝ uirtute
fretus aliquãdiu acerrime tutatus eſt. Nã cum Thurci ſinum ꝑſicum incolẽtes in agrũ
Antiochenũ incurſiões feciſſent:eos nõ ſolũ fudit rex Fulco ueꝝ ẽt ex his ad tria millia
interfecit totidemq; cœpit. Hac aũt clade excitus Alaph genere thurc9 Babylonũ auxi
liis fretus Edeſſam Meſopotamiæ ciuitatẽ Arach ab Hebræis uocatã iuaſit:quã antea
diximus Balduinũ a fratre Gothifredo precibus obtinuiſſe. Capta eſt aũt urbs & a Bar
baris crudeliter dirrepta: occiſis oibus xp̃i fidem abnegare recuſantib9 ſtupratis etiam
nobiliſſimis matronis ſup altari ſcı̃ Ioãnis baptiſtę:qd' ſciebãt a nr̃is pię ac ſanctę cultũ
fuiſſe.

fuiſſe. Sed neſcio quo fato dum parantur copiæ Fulco in uenatione leporem concitate nimium & icaute inſequẽs caſu equi moritur: cui filius Balduinus eiuſdem nominis tertius in regno ſucceſſit. Celeſtinus autem pontificatus ſui menſe quinto moritur: ſepellitur& in lateranenſi baſilica una tantum re fœlix ob breuitatem temporis ut arbitror q nullis ſeditionibus toto ſuo pontificatu uexatus fuit.

LVTIVS .II.

LVTIVS .ii. pria Bononieñſis pr̃e Alberto eo tp̃e pontificatum iniit: quo Edeſſe urbis euerſio nũciata eſt. Ea. n. ciuitas Edeſſa ẽ ad quã Tobiã miſiſſe filiũ Gabelo ſacræ lr̃æ teſtanẽ: quãq; Thadeus apoſtolus ad fidẽ xp̃i cõuertit: & in qua beati Thomę oſſib9 ornata Abagarus regnũ obtinuit: q datis ad Ieſum lr̃is ſcripta manu dei rñſa accipe meruit. Hac uero clade audita Bernardus Claraualleñſis uir & ſanctitate & doctrina ut dixi inſignis patrociniũ religiõis xp̃ianæ aſſumẽs principes oẽs xp̃ianos: tum lr̃is: tum nũciis adhortatus eſt: ut crucẽ in ſaracenos xp̃i uexillum ſumerẽt. Hãc ob rẽ Corradus Sueuus q Lothario in regnum romani noĩs ſucceſſerat in militiã nomẽ dedit. Dum hæc aũt p fide xp̃i in Gallia & Germãia pararenẽ: Rogeri9 pontificũ negligẽtia in Italiã reuerſus quæ amiſerat breui recupauit nullo repugnãte: qua ex re copiis deinceps & aĩs auctus claſſe in Aphricã traiiciens adeo regẽ Tuneſii uexauit ut hoiem data pace pſoluere tributũ quotãnis coegerit: quod certe ad. xxx. annoꝝ cõtinuo exegit: Corradus uero magno cruce ſignatorũ comparato exercitu conſtantinopolim pueniens ab Emanuele ſecũdo Grecoꝝ impatore precibus compellit̃ nullo comparato commeatu Iconium ſtatim ducere: ſe. n. pręſtaturꝝ oĩa quę exercitui neceſſaria erãt Emanuel pollicebat. Obſeſſa eſt urbs natura & artificio munita aliquãdiu atq; acriter: Veꝝ cũ ſceleſtus impator græco uſus ingenio gypſum farrinę miſcuiſſet: ex eaq; re panis fieret quo exercitus xp̃ianoꝝ aleret: tot ſtatim milites piere ut re infecta relicta obſidione in Traciã ſecedere oportuerit. Hoc tñ emolumenti illa expeditio pręſtitit: q Balduinus. iiii. hieroſolymitanus rex aĩo auctus aſcaloniam diu obſeſſam tãdẽ ui cæpit: cũ pauloante Gazam urbẽ antiqſſimã penitus ab hoſte derelictam ædificaſſet: incolendãq; fratribus tẽplariis cõceſſiſſet. Auſus qn ẽt idẽ Balduinus thurcoꝝ ſatrapas hiericonitinos infeſtãtes ppulſare: quoꝝ de numero unico prelio ad qnq; milia interfecta referunt̃. Noradinũ quoq; Damaſcenæ militiæ principem hieroſolymitanũ agrum uexantem tãta clade ſupauit & pſecutus ẽ: ut ęgre xp̃iani retenti ſint quo minus una cũ hoſte Damaſci mœnia ingrederentur. Ad Lucium põtificẽ redeo: q interim nil ptermittebat quod ad tantã expeditionem tãq; neceſſariã ptineret. Credo ego hoiem ipſum miro amore excitatũ retinẽdę hieruſalem: q tituli ſanctę crucis in hieruſalem pr̃ byter Cardinalis pontifex creatus fuerat: quã qdẽ baſilicam totã ferme reſtituit. Eius pterea cõſenſu i Gallia Synodus epoꝝ quorũdã & abbatũ facta eſt: contra Baliardũ philoſophum pipateticũ uiꝝ multę doctrinę nõ bñ in qbuſdã cũ fide nr̃a ſentiẽtem: q p̃nte ẽt Lodouico rege: rationibus uictus non modo ſniam mutauit: ueꝝ ẽt monaſticã uitã & religionẽ iduit: ac deiceps una cũ qbuſdã diſcipulis i loco deſerto ſciſſime uixit. Luci9 ãt põtificat9 ſui mẽ. xi. die. iiii. morit̃: ac i baſilica lateranẽſi ſepellit̃.

Edeſſa

Bernardus

Corradus

Emãel. ii.

Balduinus

Baliardus

EVGENIVS .III.

EVGENIVS. iii. Piſis oriundus ſancti Anaſtaſii: abbas in monachum antea a Bernardo uiro ſciſſimo electus: in eccleſia ſcĩ Cęſarei põtifex creatur. Nã cũ haud ſatis iter Cardinales conſtaret quẽ potiſſimũ e numero ſuo deligerent: diuino nutu pciti uiꝝ ſciſſimũ Eugeniũ deligũt: q ubi ro-

manos inſtare minis etiam cognouit quo ſui confirmarent ſenatores ad Farfenſe mõa ſtetium noctu in Sabinos abiit comitante Cardinaliũ cœtu: ibiq; cõſecratiõis munꝰ ſuſcepit. Veꝝ cum poſtea romanoꝝ nõ minas tm̃mõ: ſed ẽt facta cõtemneret: Senatores ipſos eo ꝑpulit: ut petita pace magiſtratu ſe abdicarẽt. Romã itaq; rediẽs ubi intelligit romanos nequaq̃ bono aĩo ſed fraude in grãm ſecũ rediiſſe iñſidias ueritus Tybur dilabit: fugiẽtẽ romãi telis & ſagittis inſequunt. Poſtea uero Piſas ꝓfectus nauigio in Franciã cõtendit: regẽq; Lodouicũ crucelignatũ in Thurcos & Saracẽos aĩat: quẽ cõſtantinopolim cũ exercitu ꝓfectum nõ ſecꝰ Emanuel fraude circũuenit q̃ olim Corradũ Sueuum: ꝑſuaſum. n. iniquo tpe ducere copias ꝑ deſerta Syriẹ: eo neceſſitatis cum cõpulit: ut laceꝝ exercitũ difficultate & inopia reꝝ Antiochiã re infecta ducere coactus ſit. Hãc ob rẽ Rogerius Siciliæ rex Emanueli infenſus claſſe in Grẹciã delatꝰ Corcyrã iſulã corinthum thebas & Euboiã de impio Emanuelis occupat: duxiſſetq; eodẽ aĩo conſtantinopolim: in Veneti iſtructa in adriatico. lx. triremiũ claſſe quominus id faceret ꝓhibuiſſent. Flexit itaq; Rogeriꝰ ad littora Aſiæ deo uolẽte. Nã tum forte Saracẽa claſſis Lodouicũ regẽ Frãciæ circũuenerat q nõ lõge a portu ſci Simeõis ſoluẽs Paleſtinã petiturus erat.
Rogerius Rogerius itaq; Barbaros in anguſto nactus oppugnat & uicit: xp̃ianũq; regẽ cũ exercitu ab interitu liberat. Interi uero claſſis Veneta quæ Emanueli admodũ fauebat ea loca recipit quæ Rogeriꝰ occupauerat immunitaq; ac ſine ullo ꝓ̃ſidio reliquerat. Rogeriꝰ aũt dimiſſo apud Ioppem Lodouico cõſtantinopolim delatus: ſuburbia uidẽte Emanuele incẽdens eo uſq; uictoria delatus eſt ut & ẹdes imꝑatoris aliquãdiu oppugnauerit: & poma exortis eiuſdẽ manu legerit. Veꝝ cũ poſtea inde in Siciliã incõpoſita claſſe abiret in Venetos incidẽs iſtructos & ad dimicãdũ paratos ex ſuis triremibus xx. amiſit: ægreq; fuga ſibi ſalutẽ q̃ſiuit. Interim uero corradus Lodouicꝰ & Balduinus
Damaſcuſ iunctis copiis aĩſq; Damaſcum magnis conatibꝰ obſidẽt: quã urbẽ ſeruos Abrahæ fundaſſe conſtat: loco cãpeſtri naturaq; arido: ſed artificio ubere atq; fœcũdo. Ager. n. effoſſis cuniculis: ductiſq; fiſtulis uñ irrigari põt mirã ubertatẽ ꝓ̃fert. Paruus amnis in regione unicus nõ lõge ab urbis mœnibꝰ ꝓter labẽs lingulã quãdã facit in quã nr̃i caſtra poſuerãt: uñ facile cohibere ab aquatione oppidanos poterãt: ueꝝ Aſſyrio quodã perſuadẽte: cui maxiẽ Balduinꝰ in rebꝰ arduis credebãt caſtra ad alterã urbis partẽ trãſſerunt: q̃ diceret facilius irrũpi hoſtiũ mœnia eo loci poſſe utpote minꝰ munita. Motis itaq; caſtris Damaſceni repẽte ſtatiua nroꝝ occupãt ac muniũt nr̃oſq; ab aquatõe & commeatu ꝓhibẽt. Quare cũ ſiti fameq; laborarent: tãdẽ nõ ſine cõtũelia obſidionẽ ſoluũt: hieroſolymã Balduinꝰ: in Europã Lodouicꝰ & Corradus cõminutis uariis caſibꝰ exercitibꝰ reuertunt. Milleſimo. c. lii. ſalutis anno. Venerat tum Romã Eugeniꝰ excitis ad expeditionẽ xp̃ianis q egregio apparatu & magna ciuiũ charitate ſuſceptus eſt. Tarracina aũt Setia Norbão ac Fumõis arce receptis quæ loca hoſtes ac tyrãni circũ quaq; poſiti occupauerãt Tybur recreãdi animi grã cõceſſit: ubi nõ ita multo poſt põtificatꝰ ſui ãno. viii. mẽ. iiii. die. xx. morit: cuius corpus Romam delatum magna ut decebat pompa in baſilica Petri ſepellitur. Eius autem iuſſu & impenſa extructa eſt porticus uel reſtituta potius ſanctẹ Mariæ ad præſepe quemadmodum ex inſcriptione apparet.

ANASTASIVS .IIII.

ANASTASIVS. iiii. pr̃ia romanus patre Bñdicto abbas antea ſci Ruſſi Veliternæ dioceſis ex Cardinali põtifex creat eo potiſſimũ tpe quo Alphõſus hiſpaniæ rex ab expeditiõe hieroſolymitana rediẽs morit: i eiuſq; locum ſufficit ſanctius filiꝰ: cui paulo poſt mortuo ꝓ xp̃i fide in Arabia bellum

HONORIVS Quartus patria Romanus e gẽte Sabella familia nobiliſſima Iacobus antea uocatus diaconus Cardinalis peruſii põtifex creatus Romã uenit Anno domini milleſimo ducẽteſimo octuageſimo quinto Fratre eius Pandulpho ſenatoriã dignitatẽ tũ gerente. Tantę. n. ſeueritatis & iuſticię Pãdulphus eſt habitus: ut quotiẽs Romãi ciues: purgare urbem latronib9: Sicariis: furib9: parricidis uellẽt quoꝝ tũ i ſolo Romão magna copia ob ſeditiões ciuium erat: nõ alium Senatorẽ q̃ Pãdulphum expoſcerent. Is & ſi podagra & chiragra uexabatur nõ tñ animi magnitudine & conſtantia a bene ualentibus ſupabat̃. Eodẽ quoq; morbo ita ẽt interdũ honorius laborabat: ut ei inſtrũs q̃buſdã ad id apte fabrefactis ſacrificare neceſſe eſſet. cõſilio tamen & prudentia tantum ualuit: ut nõ multũ corpis uires in eo deſiderarent̃: Quippe cũ ſolus plura ꝓpe uideret: q̃ oẽs ſimul q tũ in urbe aderãt. Habitauit hic in Auẽtino apud ſcãm Sabinã: ægregiaſq; ędes q̃rum ueſtigia adhuc cernũt̃ in mõte ipo ędificãs: eo ad icolendũ multos quoq; Romanos exciuit. Vñ breui mons ipe frequẽtib9 ędificiis icoli cœptus ẽ. Cũ ãt neminẽ lędere i põtificatu ſuo cõſtituiſſet oibus ꝓdeſſe quoad fieri poterat: prouocat9 Petri Aragonũ regis iniuria: q regnũ Sicilię occupare conabat̃: Martini iterdicta contra petrũ cõfirmauit

Pandulphus

Libertas

Rhodulphus aũt impator cõparandæ pecuniæ ſtudioſus cancellariũ ſuũ e gente fliſca
i hetruriã miſit:q populos oẽs liberos faceret:& eos potiſſimũ q ſe pecunia redimerẽt.
Perſoluere aũr ob eã rẽ lucẽſes duodecim milia numũ auri. Florentini uero ſex milia: q
ſtatim liberi oĩo facti magiſtratũ quẽ priores artiũ uocãt addito uexilifero iuſticię crea-
uere. Nõ diſplicuit hęc uẽditio Honorio licet indigna tãto pricipe uideret̃ q ea ratiõe
eccleſiaſtica ditio futura ſecurior uidebat̃:cũ non amplius imperatori liceret liberas ci-
uitates uexare. Dũ uero rex Francię urbẽ Gerundenſem obſideret:curaretq; Petrus ara
go quominus in caſtra hoſtiũ cõmeatus a Narbona ferrent̃ acri prœlio cõmiſſo graue
uulnus accipiens paulopoſt male curatus morit̃:atq; ita gerunda dedẽtibus ex' pacto
ciuibus in ptãtem regis Francię redacta eſt:q non diu ſupuixit:ex febre.n.morit̃:con-
tracta in caſtris dũ Perpinianũ obſidet. Cui9 ẽt claſſis nõ multo poſt i portu Narbonẽ
ſiũ a Rogerio loria capta & incẽſa ẽ. Duos hũit filios Petrus arago. Ferdinãdũ & Iaco
bũ:ferdinãdũ aũt natu maiorẽ Aragoniæ: Iacobũ uero Sicilię regẽ ex teſtõ reliqr. Hac
aũt rõne mortuis primis regib9 bella ad ſecũdos trãſlata ſunt:q hinc Piſanos hinc Ge
nuẽſes maritimis p̃liis inſignes trahere in ptes ſuas conabant̃. Verũ ii odio & armis iter
ſe certãtes:tãta rabiæ apud lamellũ inſulã Piſano portui uicinã cõcurrũt: ut ex Piſanis
q triremes.xlviiii.amiſere duodecĩ milia hoium deſiderata ſint:pti cæſa: pti capta: quã
qdẽ calamitatẽ Honorius ita ægre tulit ut paulũ abfuerit quĩ genuẽſes obſtinate nimiũ
Piſanos inſequẽtes interdicto eccľiaſtico notaret. Ea calamitas adeo certe Piſanos attri
uit: ut nũq̃ poſtea uires recupauerit. Edoardus uero Angliæ rex in Vaſconiã tũ ſe cõtu
lit pacẽ cõpoſiturus iter karolũ adoleſcẽtẽ regis Frãcię filiũ quẽ diximus bello captũ &
Ferdinandũ Aragoniæ regẽ. cõfecta iã ex ſnia res erat:& de libertate Karoli agebat̃:cũ
interi legatus apoſtolicus & comes Atrebatenſis Auelini comite adiuuãte Cathinam
urbem occupãt:eoq; ex hetruria collectas copias tranſmittunt. Hanc ob rẽ Edoardus
re infecta i patriam rediit. Rogerius aũt loria Gallicã claſſem ex ſicilia redeũtem occu-
pans Ferdinandi regis fortunã meliorẽ reddidit. Adicere certe animum huic bello ho-
norius non potuit q armis a Guidone Feltrano in Flãminia uexaretur. Verũ tandẽ ſu-
perato Guidone totã flaminiã breui recipit. Nõdiu tñ poſt morit̃: pontificatus ſui an
no ſecũdo: die uno: corpuſq; eius a ſctã Sabina ad baſilicam Petri magna funeris pom
pa transfert̃: ſepelliturq; ſepulchro marmoreo qď adhuc extat in numerũ a Pio ponti
fice tranſlatum ut inſignia familiæ indicant eiuſq; epigrãma & merito quidem cum uir
fuerit omni uita probatiſſimus: & chriſtianæ religionis amantiſſimus. Nam & ordinẽ
Carmelitarum non ſatis in conciliis probatum: mutatis clamydibus nigris in albas:&
ordinem heremitarum apud pariſios improbatum confirmauit. Solum autem Cardi

ordo here. improbatus olim

nalem Ioannem Boccamatium epiſcopum Tuſculanum ſuo põtificatu creauit: uiros
dicens, & eoſdem bonos ac doctos non etiam rudes & rerum humanarum ignaros in
tantum collegium cooptandos eſſe. Adeo uero Aulicos amauit: ut quotannis ęſtate p̃
ſertim Tybur proficiſceretur uitandi æſtus Vrbani cauſa: unde multæ ægritudines ori
untur. Mortuo autem honorio decem mẽſibus: ſedes tum uacat. Nam cum apud ſan
ctam Sabinam cõclaue haberet̃ multi Cardinales repentina ægritudine ſunt correpti
quorum de numero moritur Iordanus Vrſinus: Comes Mediolanenſis: Vgo Angli-
cus: Geruaſius Andeanenſis decanus pariſienſis: & Antherius uir inſignis. Hãc ob rẽ
ſoluto conclaui in aliud tempus magis ſalubre rem ipſam reiiciunt. Maxime uero cum
terremotus ipſi qui tum permagni fuere religionem quandam iniecerint: quo minus
tum quidem id fieret.

Clades piſanorum

Nicolaus

NICOLAVS.IIII.natione Picentinus patria Aſculanus Hieronim9 an
tea uocatus ordinis minorum frater & generalis : deinde præſbyter Car
dinalis apud ſanctam Sabinam decimo menſe poſt mortē honorii pon
tifex creatur:collocaturq; in ſede petri ipſius ſancti cathedra. Reate dein
de profectus ob ſeditiones q̃ tũ Romę ſubortę erant:quoſdã cardinales
creat:ex oĩ fere religione. Oẽs.n.pariter amabat:nec plus ſe debere affinib9 & cognatis
q̃ cuiuis bono arbitrabat̃. Virtutes & uitia faciebant ut ĩ hũc magiſq̃ in illũ inclinaret.
Hoꝵ de numero quos Cardinales creat fuere:Neapolio:petrus colũna: Vgo bolioni
u:ꝓordinis ꝑdicatoꝵ doctor iſignis : Mattheus aquaſparta fratrum minoꝵ gñalis:eꝑs
portuẽſis. Romã deĩde poſt ãnũ rediẽs ſedatis aliquãtulũ ꝑturbationibus ciuiũ apud
ſanctã Mariã maiorẽ habitauit. Quã baſilicã ipſe una cũ Iacobo Colũna reſtituit ut in Iacobus
fornice maiori appet.uñ ſaluatoris ipſiuſq; põtificis ac Iacobi Cardinalis imago ex ope columna
muſiuo adhuc cernit̃. Idẽ quoq; põtifex anteriorẽ poſteriorẽq; ꝑtẽ baſilicę lateranenſis
reſtituit ornauitq; ope uermiculato quẽadmodũ lr̃æ ipſe ĩdicãt. Interĩ uero reges Ara-
gonię & ſiciliæ his fœderib9 adhortãte Nicolao pacẽ ieũt:ut rex karolus e uiculis miſ-
ſus ſua ĩpẽſa Iacobũ Aragonẽ Sicilię regẽ cõſtitueret:q̃ niſi triẽnio id effeciſſet ĩ carcerẽ
ſe redituꝵ pollicebat̃ datis ob eã rẽ obſidibus duobus filiis,karolo cui poſtea regi Vn-
gariæ creato Marcello cognomẽtũ fuit & Loyſio:q poſt bñ actã in ordine beati Frãci
ſci uitã in ſctõs relatus ẽ. Dũ hęc aũt in Europa gererent̃ : Soldanus diſcordiis xp̃iano-
rũ fretus Tripoli Aſiæ ciuitatẽ inſignẽ qdẽ interfecto xp̃ianoꝵ ꝑſidio igni ferroq; euer-
tit. parẽ quoq; calamitatẽ Sydon & Barutũ ꝑtulere nemine adiuuãte. Reſtabat Ptolo
maida in ãnos duos ĩducias a Soldão cõſecuta:hãc ut tueret̃ Nicola9 põtifex ãnix9 mi
lites ad uexillum xp̃i uocat: ære ſuo cõductos:ii ad mille & quingẽti fuere. Hos poſtea
multi nullo dato noĩe nullis ſignis & auſpiciis ſecuti cũ Ptolomaidẽ ꝑueniſſent: nõ mi
nora xp̃ianis q̃ ſaracenis dãna intulere. Soldanus aũt cũ res ſuas repetiiſſet nec redditę Soldanus
eſſent nr̃is oĩbus exitiũ cõminatus ẽ. Magna inter xp̃ianos de poſſeſſione Ptolomaidę
cõcertatio tũ orta erat:cũ eã patriarcha Cõſtãtinopolitanus: Tẽplarii: Theutonici:rex
Cypri: Sicilię rex Karol9 uĩdicare annitterent̃. Erat & Piſanis in animo Ptolomaidã re
petere:ut ipſi dicebant ſuo iure:quos ꝑfecto bellũ in hetruria ortũ a tanta rei fœditate
auertit.ii.n. Vgolino comite cũ duobus filiis totidẽq; neptibus in carcerẽ cõiectis ine-
dia interẽpto aĩos gibellinoꝵ ĩ guelphis ita cõcitarũt:ut oĩbus pariter exitiũ minarẽt̃.
In Aretinos primũ arma cõuerſa ſunt petẽtibus id exulibus Gibellinis. Pręerat tũ Are
tio Gulielmus petramala eiuſdẽ ciuitatis eꝑs cui Feltranus comes & Florentini auxilio Magna
uenerãt. Veꝵ cũ Florẽtini nõ ſatis ſuis copiis fiderẽt:eo ẽt miſere karolũ ſecũdũ cũ ali- ſæuitia
quot cohortib9 q ad põtificẽ iturus forte ea tũ iter faciebat. In agro typhernate collata
ſunt caſtra caſtris. Typhernũ ciuitatẽ caſtelli mutato noĩe nũc uocãt. Cõmiſſo itaq; ꝑ-
lio magna ſtatĩ de Florẽtinis cædes fieri cœpta ẽ. Veꝵ nõ ita multo poſt mutata fortu
na cadẽtib9 tñ in ꝑlio Gulielmo eꝑo & feltrão comite ex gibellinis a tria milia ĩterfecta
&.ii.milia capta dñr. cãpaldinũ locũ ubi pugnatũ ẽ accolę dixere, karol9 ãt tãta uicto
ria potit9 recta ad Nicolaũ ꝓficiſcit̃:ac utriuſq; Sicilię regnũ pheudatario iure obtiet.
Hoc ubi Iacob9 Arago ĩtellexit oppugnare caietã ſtatĩ aggredit̃. Neq̃d ãt deeſſet ad ꝑ
turbãdã xp̃ianoꝵ qetẽ:inter Philippũ Frãciæ & Edoardũ Anglię reges grauiſſimũ bel
lũ exortũ ẽ. Quę res & xp̃ianos ĩ Aſia mirifice ꝑturbauit:& hoſtib9 nr̃is delẽdo in Aſia
xp̃ianũ nomẽ audatiã & ſpẽ dedit. Soldanus.n.q tũ ægrotabat ad cẽtũ & quĩquaginta
milia hoĩum: filio duce Ptolomaidã miſerat. Interĩ uero duoꝵ mẽſiũ obſidiõe ꝓtracta

patri mortuo filius ſtati ſufficiť: q certe acrioribus aïs Vrbẽ oppugnans cõpletis foſſis
p̄daq; militibus ꝓmiſſa ad mœnia uſq; iã pugnãdo puenerat: cũ a xp̄ianis erũpẽtibus
magno ſuoꝝ incõmodo in caſtra retrudiť. Dũ hęc in Aſia gererenť Nicolaus pontifex
duos e latere legatos Bñdictũ caietanũ & Gerardũ parmẽſem i Frãciã ꝓpere mittit qui
cõpoſita iter duos reges pace eos cõtra Saracenos Ptholomaidã oppugnãtes aiarent.
Nã & pacẽ iter Iacobũ aragonẽſem & Karolũ captũ his cõditionib9 q̄s ſupra memora
ui iã cõpoſuerat: quo oïbus i hoſtẽ liberius ꝓficiſci liceret: & parare claſſem cœperat de
pace fere cert9. Sed nec reges ipſi põtiſici bñmonẽti obtẽparũt: nec q i p̄ſidio Ptolomai
de erãt iter ſe diſſidẽtes quẽadmodũ poterãt ui hoſtiũ ꝓpulſarũt. Dilabentibus.n.quo
tidie multis: ſoli tũ ad duodeci millia remãſere: q poſtea cũ patriarcha hyeroſolymitão
p dromonẽ ad id ſeruatũ fugiẽtes prio ſecũda nauigatiõe uſi tãdẽ ſub ipam Cyprũ nau
fragio piere. ſoldãus ãt deſertã cultorib9 urbẽ igreſſus eã ferro ac flãma ſtati euertit ãno
.cxcvi. poſteaq̄ a gothifredo capta fuerat: In tãtis ãt malis iſula cyprus & Armenia mi
nor cilicia pri9 appellata i fide xp̄anoꝝ tñ pmãſere. Inſtabat tũ uel maxie Nicola9 ueri
tus ne hoſtes reliquũ aſiæ occuparẽt: ut ipator Rodulph9 eo copias ſuas mitteret: quo
ñ ita multo poſt mortuo cũ Adulphus haſſo elect9 ſucceſſor iperii iura repeteret ab Al
berto Rhodulphi filio i agro ſpirẽſi p̄lio iterficiť. Vir qdẽ iſignis ſed paꝝ milite & pecu
niis potẽs: opp̄ſſus.n.multitudine hoſtiũ potiuſq̄ ſupat9 dř. Nicola9 ãt põtifex tedio ai
ut qdã putãt: ꝙ male ſibi cedere oia uideret: ꝙq; ẽt pluſq̄ põtificẽ decebat i partes decli
nauerat: Romę apud ſctãm mariã maiorẽ põtificat9 ſui ãno q̄rto meſe uno die octauo
moriť eoq; loci ſepelliť: ad caput baſilicę apď petri colũne cardinalis ſepulchꝝ ut i pa
uimẽto cerniť embleniate & porphireticis lapidib9 notato. Poſt ei9 uero mortẽ cardina
les Peruſiũ ꝓfecti q°eis liberi9 eligere põtificẽ liceret: rẽ ipſam diſcordiis iteſtinis biẽnio
mẽſeq; tertio i lõgũ deduxere. Interi ãt Michael paleolog9 ipator cõſtãtinopolitan9 mo
Michael riť. Quomius ãt ei9 corp9 i loco ſepelliť ſacro uetuere ſacerdotes & mõachi ꝙ occidẽta
paleolog9 li ecclię i lugdunẽſi cõcilio acqeuiſſet. Andronic9 ãt Michaelis fili9 libẽter tũ qdẽ cũ lati
nis ſenſiſſet ſiqd auxilii a nr̃is hũiſſet. Veꝝ cũ ſedes uacaret deſtitut9 auxlio andronic9
a fide catholica tãdẽ defecit. Hęc ãt icõmoda karolus.ii.rex Neapolitãus ꝓſpiciẽs e nar
bonẽſi ꝓuicia Peruſiũ ueniẽs cardiales ipos ſępius ad cõcordiã & electionẽ põtificis ad
hortat9 ẽ. Nec id qdẽ facere deſtitiſſet uir iſignis niſi acriter rep̄hẽſus a bñdicto caietão
p̄ria anagnino: ꝙ iſtãdo acerbe nimiũ ipis cardialib9 ui affere uidereť: quoꝝ ſuffragia li
bera eẽ deberẽt.

CELESTINVS. .V.

1294 CELESTINVS. V. Petrus Moroneus antea uocatus ꝓfeſſiõe Anacho
rita p̄ria Eſerniẽſis ſecũdo a ſulmõe miliario cœnobiũ icolẽs iſtãte Karo
rolo rege & latino cardiali põtifex creať: adeo maiore oïum admiratiõe:
q° ob ſanctitatẽ uitę a tãto faſtigio reꝝ ſpõte remotior eſſe uidebať. Aqlã
itaq; poſt creationẽ ſuã ꝓfect9 eo ſtati cardinales oẽs Peruſio ad ſe uocat.
Inſtabãt tñ illi & l̄ris & nũtiis ut Peruſiũ ꝓficiſcereť ciuitatẽ pontificali dignitati magis
cõueniẽtẽ: Vicit demũ celeſtini ſn̄ia ꝙ ita uelle karolũ regẽ itelligebat. Oẽs igiť eo ꝓfe
cti celeſtinũ ip̄m ut ueꝝ põtificẽ adorãt. Eius aũt coronatiõi iterfuiſſe.cc. milia hoïum
Ptolome9 ſcribit: & ſe ẽt affuiſſe fateť. Hoïes credo motos nouitate rei: & ſanctitate ui
ri ꝙ hõ heremita ad tñ dignitatis gradũ nõ niſi diuinitus ꝓuectus eẽ uidereť. Poſt tam
lõgã eligentiũ cõtentionẽ. Inito itaq; põtificatu duodecim cardinales ſtati creat Viros i
tegerrimos: quoꝝ de numero duo heremitę ſunt habiti. Veꝝ cũ Celeſtinus a priore ui
ta ob pontificatũ nequaq̄ declinaret: adeo benignus & facilis oïbus petentibus erat: ut

eadẽ diuerſis cõcederet: unde & cõtẽptus dignitatis & ĩminutio põtificatus oriebatur. Erat ſiqdẽ ob priuatã uitã quã antea in heremo duxerat reb9agẽdis paꝝ idoneus. Hãc ob rẽ de abrogatione eius mẽtio fieri cœpta ẽ: maxime uero mortuo Latino Cardinali uiro optimo cuius auctoritate Celeſtinus tñ pondus adhuc ſuſtinebat. Veꝝ inſtantibus acriter Cardinalibus qbuſdã maxime uero Benedicto caietano uiro in iure ciuili & canonico pitiſſimo: uafroq; q primũ locũ apud põtificẽ tenebat: ut ſe põtificatu abdicaret ne ecclia dei ob imperitiã gubernãtis piclitaret: de omittẽdo põtificatu cogitare cœpit. Hac aũt eius leuitate & ſupſtitione motus karolus hoiem amiciſſimũ Neapolim pduxit eiuſq; aium a tanta fœditate rei amouere conat: clamante ubiq; locoꝝ populo ſe nolle aliũ põtificem q̃ Celeſtinũ: idq; ab eodẽ pontifice precibus & obſecrationibus cõtendẽte: cui põtifex reſpondit nil aliud ſe eẽ facturꝝ q̃ quod deus uellet: utq; ipſe e repu. xpiana eſſe cenſeret. Tũ uero Cardinales abdicationẽ hoĩs quęrentes uehemẽter inſtãt: ut id q̃primũ agat, pposito reipu. xpiane diſcrimine qd' ſua ignoratiõe ĩminere oĩum cer uicib9 oñdebãt: affirmãtes oĩa mala tũ accidẽtia die iudicii ſibi ĩputatũ iri. Mot9 his uer bis uir ſanctus & ſimplex futuꝝ ſe in eoꝝ ptãte dixit: mõ id iure fieri poſſet. Quare cõſtitutio oĩum cõſenſu fcã eſt: licere põtifici abdicare ſe magiſtratu quã qdẽ cõſtitutionẽ Bonifacius octauus eius ſucceſſor poſtea cõfirmauit: queãdmodũ libro. vi. decretalium appet. Tũ uero Celeſtinus ad priuatã uitã ſe redigẽs: alterius ſubrogãdi põtificis Cardinalibus ex inſtituto ptãtem dat põtificatus ſui mẽſe ſexto. Atq; ita Benedictus caietãus plurimoꝝ cõſenſu pontifex creatus Celeſtinũ ad heremũ abeuntẽ ex itinere ad ſe retrahit: eundemq; pfecto arcis fumonis q̃ in hernicis eſt cuſtodiendũ tradit. Hac rõne motus ut ipſe dicebat ne auctores ſeditionũ aliquã calamitatem hoc duce eccleſiæ dei aliqñ inferrent licet re uera hoĩs ſanctitatem admirarer. Vt cũq; eſt conſtat hominẽ ipm magne ingratitudinis & caliditatis fuiſſe: quippe q ambitionis cã & uirum ſanctũ decipe ric dũ eum magiſtratu ſe abdicare cõpulit: & captum uitã hereniticam appetẽtem in arce fumonis dolore animi ante tps mori coegerit. Anno uno menſe quinto poſt initũ põtificatũ. Sunt aũt q ſcribant. Celeſtinum poſt mortẽ adeo miraculis claruiſſe: ut plerunq; in cõciliis de eo in ſanctos referrẽdo habita mentio ſit: fuiſſetq; pleroſq; q eum p ſancto colerẽt & in Catalogo Confeſſoꝝ recenſerent: Eius aũt celebritas. xiiii. Kal. Iulii qua die morit quotannis obſeruat ex inſtitutione Clementis quinti Auenioni facta.

BONIFACIVS .VIII.

BONIFACIVS. VIII. natiõe Hernicus patria Anagninus: Benedictus Caietanus antea uocatus neapoli pontifex creatur in Vigilia Natalis domini Milleſimo. cċxciiii. Vir quidem doctria & experientia reꝝ inſignis diu enim in curia uerſatus fuerat & p oẽs dignitatis gradus ad pontificatum nõ ſine tñ ambitionis crimine peruenerat. Nam dũ eẽt ſancti Martini in mõtibus pſbyter Cardinalis: adeo dignitatẽ pontificatus exoptauit: ut nil ambitione & fraude prętermiſerit qd' ad eam rem cõſequendam ptinere arbitraretur. Tantę pterea arrogantiæ fuit: ut & oẽs fere contemneret: & gratias a Nicolao quarto & Celeſtino quinto factas reuocauerit. Gibellinos quoq; mirifice perſecutus eſt. Hinc orit illa inter põtificẽ & Colũnenſes Gibellinos cõtẽtio: qui etiam Anagniæ contra pontificẽ factionis ſuæ partes fouebant. Hos itaq; maxime uero Cardinales duos Petrum & Iacobum eiuſdem familiæ uiros inſignes calumniari cœpit q; theſauros eccleſiæ in morte põtificum dirrupiiſſent: q;q; libellos famoſos contra ſe ſparſiſſent. Scripſerũt ſi qdem poſt illatam ſibi iniuriã ad reges ad pricipes ad natiões dę arrogãtia Bonifacii de ambi

1294

Columnẽſes

tione ꝙ contra ius falſq; pōtificat9 ſedē occupaſſet: reiecto fraudibus Celeſtino eodēq; in carcerē coniecto. Sunt.n.qui ſcribant Bonifacium immiſiſſe ſubornatores clanculū quoſdam q noctu dimiſſa quaſi celitus uoce in cubiculum Celeſtini hoīs ſimplicis ei ꝑſuaderent ut pōtificatū dimitteret ſi ſaluus fieri uellet. Citati autem Cardinales cū nuſꝗ apparuiſſent Bonifacii pertinaciā ueriti: Nepeſum eni ſeceſſerāt una cū tota colūnenſium familia; publico decreto ſciſmatici habentur. Beneficiis dignitatibus fundis paternis caſtellis oppidis priuantur quam priuationē Bonifacius poſtea in decreti formam retulit ut libro apparet quē Sextū appellāt. Sūpt9 deinde armis Bonifacius cōcitatiſq; multis cruce ſignatis eos opprimere conatus: Prꝫneſte quo ſe cū Sarra uiro iſigni eoꝝ patruo receperāt obſidiōe cingit. Dilapſos inde capto ac direpto ꝑneſte Zagarolū & columnā cōfugiētes ꝑſequit̃: unde nō ita multo poſt abire ob multitudinē hoſtium neceſſe fuit: a qbus hęc itē caſtella diripiunt̃ maxime uero columna paternū ſolū. Cardinales āt inde quoq; dilapſi Reate petiuere. Sarra uero apud Antiū multū diuq; ī nemoribus uixit ſeuitiā Bonifacii ueritus. Sed in piratarū manus incidens remigio admotus multas calamitates ꝑpeſſus ē quanꝗ ſic qdē æquiore aīo exiliū pati mallet quā ſęuitiā Bonifacii expiri: q Gibellinos oēs uno odio ꝑſequebat̃. Notū eſt illud certe qd' ꝓcheto dixerit Genuēſi archiepō ad pedes eius die cinerū ꝓdeūti. Nā cū dici a ſacerdote tū ſoleat. Memēto hō qa cinis es & in cinerē reuerteris: dixit mutatis qbuſdā uerbis. Memēto hō quia Gibellinus es & cū gibellinis in cinerē reuerteris: in eiuſq; oculos cinerē cōiecit: nō in caput ut mos eſt: eundēq; ob nomē factionis archiepātu priuauit. licet poſtea in integrū reſtituerit. Cū intellexiſſet Cardinalis Colūnenſes quēadmodū ipe ſuſpicabat̃ Genuā nō petiiſſe. Pulſus hoc mō Colūnenſibus Bonifacius duplicē celebritatē & apoſtolis & euangeliſtis & quatuor eccleſie doctoribus Gregorio Auguſtio Hieronymo Ambroſio ſtatuit. Idē ēt dū in urbe ueteri eſſet. beatū Lodouicū ex regia Frācoꝝ ſtirpe ortū utpote ex Karolo ſecūdo ordinis ſancti Frāciſci ꝓfeſſū ut qdē uolunt ī ſcōs retulit. Idē quoq; ecclīam cathedralē ſanctę Cecilię Albiēſis ciuitatis canōicis ſęcularib9 pulſis inde: regularibus cōmiſit: Inſtāte Bernardo caſtaneto albiēſi epō. ædidit ꝑterea Sextum pōtificii iuris codicē ſuo iuſſu a tribus doctiſſimis uiris cōpilatū quibuſdam decretis nouis a ſe additis. Vrbē quoq; Eugubiū quæ Gibellinoꝝ auſpiciis ab ecclīa defecerat breui recuperauit. Alberto duci Auſtriæ īperii cōfirmationē bis terq; petēti negauit. Mortuo autē Iacobo Arragonio cū Robertus Karoli filius Calabryæ dux ī Siciliā traieciſſet Cathinamq; cœpiſſet tm̄ repēte bellū exortū eſt: ut tota fere italia tumultuaret. Nā & Siculi Arragonenſibus fauētes cōparata claſſe Philippū Roberti fratrē bello ſuperant & captū in carcerē coniiciunt: Quare Robertus relicta cathina re infecta in italiā reuertitur. Foedericus āt Arrago ex hiſpania cū exercitu in Siciliā delatus nō ſolū Siciliā totā ueꝝ ēt Calabriā recuperauit. In hetruria uero adeo cōtra Piſanos Genuenſes exarſerāt: ut & liburnū cœperint incēdioq; euerterit: & naues onerarias in fluminis hoſtio demerſerint ne Piſanis nauigare liceret. Fiebāt hęc in italia cū magno ꝓuinciæ detrimēto pontifice nulibi ad pacē cōficiendā auctoritatē ſuā interponente. Et ne exiſtimares tū deū cū hoibus pacē habuiſſe tātus repēte terremot9 exortus ē: quātus nunꝗ antea quo qdē multis dieb9 ꝑ iterualla pluria durāte ędificia paſſim corruere. Reate pōtifex tū erat cū tota curia: q certe ueritus ne ruina ędificioꝝ opprimeret̃ caſulā ꝗndā ex tabulatis ſubtilib9 in medio clauſtro fratrū ꝑdicatorum prato admodū lato ędificari iuſſit: eoq; in loco aliquandiu reſedit: licet horrida ſæuiret hyems: in celebritate nanq; ſancti Andreæ hæc perturbatio exorta eſt. Apparuit tum quoq; Cometes magnæ alicuius futuræ

Philippū

calamitatis indiciũ. Veꝝ Boniſacius poſt tantos & tam diuturnos terremotus ad ſe re
diés cardinales aliquot creauit: quoꝝ de numero fuere archiepſ Tolletanus: Ricardus
Senenſis: Nicolaus Taruiſinus ordinis p̄dicatoꝝ magiſter: Ioãnes muro ordinis mi-
noꝝ generalis. petrus hiſpanus. Iubileũ quoq; idem rettulit anno Milleſimo.ccc. quo
plenã oium dilectorum remiſſiõem his pręſtabat qui limina apoſtoloꝝ uiſitaſſent ad
exemplũ teſtamẽti ueteris: licet primo qdẽ apud Iudęos huius longæ alia rõ habita ſit.
Iubileũ nãq; quinquageſimo quoq; anno repetebãt quo debitores a creditoribus laxa-
bantur (ut ait Ioſephus) & ſerui libertatẽ uendicabant unde libertatis nomẽ p̄fert tam Iubilei
animi q̃ corporis. Nam liberi uere ii dici p̄nt quibus peccata remittunť. Idem ẽt cẽteſi- ratio
mo quoq; anno obſeruari mãdauit. Ob hanc rẽ eo anno tanta undiq; hoiuni multitu-
do Romã uenit: ut uix icedere p urbẽ amplã quidẽ & uaſtã liceret. Venerat & Romã
Karolus Valeſii comes: Philippi Francorum regis frater: qui filiã Balduini ultimi Con
ſtãtinopolitani imperatoris in uxorem duxerat: a Boniſacioq; impetrauerat: ut ſocero
ſuo liceret imperiũ ipſum repetere a quo depulſus fuerat. Fecerat id quidẽ libẽter Boni
facius q͏̃ ei in animo erat hoꝝ pricipũ auxilio exercitũ in Aſiam trãſmittere: qui hiero
ſolymam recuperaret. Interim uero dum res ipſe cõponerẽtur & Karolum ip̄m Patri-
monio ſancti Petri cũ oĩ ptãte pręfecit: & Legatum in hetruriam miſit: qui nouas ſedi
tiones compeſceret. Nam a Gibellinis & Guelphis ad Albos & nigros trãſierãt. Veꝝ
cũ legatus nil p̄ficeret p̄poſitis ẽt interdictis karolus Valeſius eo põtificis mãdato p̄fe
ctus cõtinere Florentinos nõ potuit quo minus albos nõ ſine magna cæde ab urbe ſua
pellerẽt: albi. n. Gibellini tũ appellati ſunt. Sed pontifex hieroſolymitanã expeditionẽ
iã pridẽ meditat⁹: apameenſem ep̄m ad Philippũ regẽ Frãcoꝝ mittit: q hoiem ad eam
rę cohortareť. Is itaq; eo p̄fectus cum nil p̄cibus impetraret minas quidẽ addidit. Hãc
itaq; ob rẽ iratus Philippus hoiem ſubito in carcerem coniicit. Quod ubi Boniſacius re
ſciuit eo ſtatim miſit Narbonenſem archidiaconum uirũ certe inſignem qui pontificis
nomine Philippo mandaret: ut miſſum faceret ep̄m apameenſem. Id ſi nõ impetraret:
diceret audiẽtibus omnibus regnũ frãciæ ad eccleſiam deuolui: ob cõtumaciam Philip
pi: & uiolatũ iuſgentiũ. Adderetq; anathema: & omnes frãcos a iuramẽto regio abſol-
ueret. Fecit oia q̃ diligentiſſime archidiacõus: ac regem compulit ep̄m apameenſem di
mittere. Rex aũt aliqua ex parte iniurias ſibi a pontifice illatas ulturus edictũ p̄poſuit
ne quiſq̃ e regno ſuo Romã p̄ficiſcereť: aut eo pecunias mitteret. Secũdo uero poſt Iu
bileum ãno Karolus Valeſius ad carolũ ſecundũ conſobrinũ ſuũ ſe contulit: cuius ad
uentu motus Fœdericus Arago pacẽ his cõditiõibus petiit & impetrauit ut redditis q̃
in Italia cœperat ei Siciliã quoad uiueret retinere liceret. Veꝝ abeunte ex hetruria Ka-
rolo Valeſio: Albi Florẽtia pulſi Forũliuii populariter cõmigrarunt. Quoꝝ de nume
ro habitus ẽ Dantes aldegerius uir doctiſſimus & ſua uernacula lingua poeta iſignis:
q poſtea redire in patriã p̄ſæpe conatus ẽ: ſed fruſtra adiuuãtib⁹ ẽt Bononiẽſibus & ca-
negrãdi Veronẽſium dño: quo cũ poſtea familiariter aliquandiu uixit. Sunt q ſcribant
Boniſaciũ hoc tempore hermanii cuiuſdam corpus apud Ferariẽſes iam uiginti annis:
p̄ ſancto cultum exhumari mandaſſe ac cõburi: habita de eius hæreſi q̃ diligẽtiſſime i-
quiſitione: hunc ego e fraticellis fuiſſe crediderim quorũ ſecta tũ maxime inualeſcebat.
Interim uero Philippus rex Franciæ Boniſacii arrogantiã iniquo animo ferens habito
apud pariſios Eccleſiaſticorum & nobilium magno conuentu cõmemoratiſq; iniuriis
a Boniſacio acceptis: eiuſq; ambitione & malis artibus ad occupandũ pontificatũ: quẽ
iniuſte teneret ad ſedẽ ap̄licam tũ (ut ipſe dicebat uacantem) futuruniq; cõciliũ appel-

lauit. Qua quidē re percitus Bonifacius habito generali concilio Philippum eiuſq; regnū Alberto imperatori ſubicit: quē in initio pontificatus ſui repulerat. Tū uero Philippus ſupbiā hoīs domiturus: Sarrā colūnenſem in portu Maſſiliæ cognitū a piratis redemptū: cum Nogaretio gallo equite fidiſſimo Romā mittit: hac rōne: ut ipſe palam dicebat: ut appellationē ſuam publicarēt. Veꝝ ei longe alia mens fuit. Nā ſarra ſeruili habitu latiū ingreſſus collectis undiq; amicis Nogaretiū cum ducentis eqtibus gallis mercede cōductis e militia Karoli ualeſii Ferentinū pmittit: qui inde ei ſi opus eſſet auxiliū ferret. Ipſe uero Anagniam clā noctu ingreſſus adiuuantibus gibellinis quos Bonifacius diu multūq; uexauerat pōtificem nil tale metuentē i domo paterna capit refractis ualuis: captūq; Romam pducit: ubi quinto & trigeſimo die poſt: dolore animi cōfectus periit. Pōtificatus ſui anno octauo: mēſe: nono die decimoſeptimo. Sepellitur in baſilica Petri ſepulchro a ſe antea extructo qđ quidē adhuc extat in ſacello a ſe condito ope uermiculato. Idē quoq; ſuggeſtū condidit cum porticu apud baſilicā lateranenſem quo execrationes in cœna dñi fiunt quoq; in loco & Philippū regē franciæ columnenſis anathemate notauit. Morit aūt hoc modo Bonifacius ille q impatoribus regibus principibus natiōibus populis terrorē potiuſq religionē inicere conabat: quiq; dare regna & auferre: pellere hoīes ac reducere p arbitrio animi conabat. Auꝝ undiq; cōquiſitū pluſq dici pōt ſitiēs. Diſtant itaq; huius exēplo principes oēs tā religioſi q ſeculares: pſſe clero & populus non ſupbe & cōtumelioſe: ut hic de quo loqmur: ſed ſanctę & modeſtę: ut xps rex nr: eiuſq; diſcipuli ac ueri imitatores: Et malint a pplis amari q timeri uñ tyrānoꝝ pnities oriri merito ſolet. Sūt q ſcribāt hūc quoq; diſcordias inter Italos aluiſſe maxie uero īter genueſes & Venetos: pplos qdē naualı plio ſatis potētes.

BENEDICTVS .XI.

BENEDICTVS. XI. natione Italus patria Taruiſinus Nicolaus antea uocatus Cardinalis Hoſtienſis Romæ Kalēdis nouēbris pōtifex creat. Hic enim ab ineunte adoleſcentia ordinē prędicatorū ingreſſus tm̄ uirtute & doctrina apud fratres ſuos ualuit: ut eum p oēs magiſtratus ad generalis dignitatē puexerint: Vnde & pontifex creatus magnū breui tempore uirtutis ſuæ documētū pręſtitit. Ita enim uixit: ut poſt mortē inter beatos merito cenſeat. Inito aūt pontificatu Nogaretium & Sarram oeſq; Anagninos cum his in capiendo Bonifacio ſentientes & citatos antea ad iudicium nec apparentes grauiore anathemate notat. Cognita quoq; regis Philippi cā hominem Bonifacii cēſuris irretitum abſoluit. In gratiā præterea recepit Ioānem & Iacobū cardinales colūnenſes quos ingenti odio Bonifacius factiōis guelphę ſtudioſus pluſq pontificem decebat perſecutus fuerat. His quoq; bona reſtituit: a galero tñ rubeo quo a Bonifacio priuati fuerāt ad breue tps abſtinere ſunt iuſſi. Cōpoſitis aūt hoc modo rebus in urbe: creatiſq; Cardinalibus qbuſdā: quoꝝ de numero Nicolaus Pratenſis ordinis pdicatoꝝ eſt habitus: aīum ſtatim ad cōponendū Italiæ pacē adicit. Veꝝ qa in hetruria magis q alibi ſeditionibus laborabat: eo Nicolaū ipm epm hoſtieſem cū ſūma ptāte mittit: q & nouos magiſtratus Florētiæ cōſtituit: in illiſq; ędibus collocauit quas nup ad recipiēdos magiſtrat9 ędificauerant dñorum palatiū nūc uocat. Tum uero Nicolaus plura his ſibi licere arbitrat9 de reducēdis exulibus mētionē facit: qđ ubi ex animi ſnīa nō īpetrauit ppoſito anathemate Pratū ſe cōtulit. Mortuo deide nō ita multo poſt Benedicto pontifice tumultuantibus in hetruria oibus: exules omnium ciuitatum in agrum Bononienſem conuenientes: primo ingredi Florentiā inſtituunt atq; ita clam noctu apud portā quæ Bononiā

ducit mœnia nōdum pfecta ſupergreſſi uſq; ad templū diuæ Reparatę pauloante īcohatum perueniūt. Verū dum & prædam cupide nimium quęrunt & amicos cōſulunt quid maxime agendū cenſeant: hoſtibus ſuis ſumēdi animos: & capiēdi arma tempus dant: a qbus nō ſine multorū cæde ,ppere expelluntꝰ. Conducto deinde Roberto Calabryę ducę non ſolū ſua tueri uerū etiā aliena oppugnare auſi: Piſtorium obſidione cingunt: adeo ægregie ab his qui in prœſidio erant defenſum ut eruptione facta Robertū cū exercitu pratū uſq; repulerit. Benedicti aūt uiri optimi & ſanctiſſimi mēs fuerat pacata Italia Tartaros Syriā & Paleſtinā ingreſſos iuuare: a quibus litteris & nunciis ad tantam rē cōficiendā cōtinuo inuitabatꝰ. Mortuꝰ itaq; Peruſii eo enim ,pfectus cum curia fuerat pontificatus ſui menſe octauo die decimoſeptimo rē deſtinatam omittit. Sepelitꝰ aūt magna pompa ut par fuit in eccleſia fratrū pdicatoꝝ nonis Iunii milleſimo .ccciii. Fuiſſe aūt Benedictū uirū optimū ac ſanctiſſimum declarant miracula a ſe poſt mortē ædita: ſanatis ægrotis: pulſiſq; dęmonibus e cordibus obſeſſorum. Vacauit tum ſedes a nonis Iunii uſq; ad nonas Iulii inſequentis anni. Licet cardiales in cōclaui ob eā rē cōſtituti a peruſino pplo īpulſi pſæpe ſint: minis īterdū additis ut pōtificē deligerēt.

CLEMENS .V.

CLEMENS. V. natione Vaſco Burdagalenſis epus Bertrandus gottho antea uocatus Peruſii a collegio Cardinaliū abſens poſt logā contentionē pontifex tandē creatꝰ. Is aūt electioni cōſentiens ex Burdegala lugdunum ,pfectus eo Cardinales oēs ad ſe uocat qui ſine mora pontifici obtēperarūt: atq; ita curia Romana in Gallias tranſlata eſt milleſimo. ccev. Vbi et ad. lxxiiii. annos remanſit cum magno chriſtianoꝝ incōmodo: potiſſimū uero Vrbis Romę cuius tēpla magna ex parte ob ſolitudinē & ſitum corruere: abſentibus his ad quos quidē ea reſtituere ptinebat. Coronationi aūt pontificis interfuere & Philippus rex Frāciæ eiuſq; frater Karolus nup ex Italia reuerſus: Ioāñes britannię dux: q ruina muri oppreſſus moritꝰ cum pleriſq; aliis dum pompa coronatiōis ut fit p urbem ducitꝰ. Philippus quoq; rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus eſt. Pontifex aūt in tanta trepidatione ex equo deturbatus ſolū carbūculū ex tiara amiſit: pretii aureoꝝ ſex milium: ut Quidam ſcribūt. Peracto deinde ſolēni: ſedatiſq; rebus oībus Clemens Multos Cardinales gallicos tū creat: ex Italia nullū: licet Ioanni & Iacobo colūnenſibus dignitatem Cardinalatus integrā reſtituerit. Tres pręterea cardinales cū ſenatoria poteſtate Romā miſit: quoꝝ auſpiciis urbs ipſā atq; Italia gubernaretꝰ. At uero cū cerneret Genuenſes & Piſanos inter ſe grauiſſimo bello implicitos interimq; Sardiniam a ſaracenis occupatā eſſe inſulam hac conditiōe Fœderico Sicilię regi cōceſſit: ut primo quoq; tempore eam pulſis inde hoſtibus recuperaret. Veneti aūt cū Karolo. ii. contra īperatorem Conſtantinopolitanū fœdus ineuntes eo Raſſianū regē perpulere Milleſimo .cccvii. ut orthodoxę fidei ratione a Romano pontifice peteret: uerum cū poſtea Veneti: ac Karolus refrixiſſent: Raſſiani ipſi malo exēplo ſniam mutāt. Interi uero apud Nouanēſes noua hereſis a Dulcino & margarita inuēta ē: qua mares & fœminę ſimul habitātes in oēm libidinē ,plabebantꝰ. Fraticelli hi ſunt appellati quos opprimere Clemēs conatus eo ſtati milites quoſdā cū apoſtolico legato miſit: qui eos in alpibus poſitos partim inedia & frigore partim armis oppreſſit: Dulcinus autem & margarita uiui capti membratim lacerantꝰ: eorumq; oſſa combuſta diſſipantur. Reſcitū quoq; eodem fere tpe eſt Templarios olim chriſti milites ad ſaracenos defeciſſe: hanc ob rē interfecti illi ſunt q cōprehēdi potuere: eorūq; bona partim Rhodiis militibus: q inſulā paulo

Noua' hæreſis

Templarii

ante occupauerãt partim uero nouis religionibus ſunt attributa. Iudęos quoq; Philip
pus rex Frãciæ cum ſingulis ueſtimẽtis e ꝓuincia ſua deiecit direptis eoꝝ bonis: ob ma
leficia quædã & auaritiam, Veꝝ cũ non ita multo poſt Albertũ imperatorem Ioannes
ex fratre nepos iterfeciſſet oẽs fere ciuitates Ciſalpiæ galliæ dños ſibi eos delegere quos
antea capitaneos habuerãt. Capitaneos eni ꝑfectos Vibiũ uocant. Vt Verona ſcalige
ros. Mantua Paſſerinos. Patauium Cararienſes. Eſtenſes aũt iampridẽ dominatũ Fera
riæ potiebant. Sed tũc potiſſimũ Mutinã in ꝑtãtem ſuã redegere. Nec indignatus eſt
Karolus ſecũdus Neapolitanus rex Beatricẽ filiã Azoni Marchioni eſtenſi in uxorẽ tũ
collocare. Veꝝ Friſcus eius filius nouercã ſibi ſupinductã cernẽs: patrem in carcerẽ cõ
iectũ necat Ferariæq; potit impetrato a Venetis auxilio ad expugnãdũ Thedaldũ ca
ſtellũ (ita Accolæ uocãt) ponti ipoſitũ, Tũ uero Cardinalis cognomẽto Pelagura Bo
Pelagura noniã a Clemente miſſus: Venetis ſub anathematis pœna iperat ut a re Ferarieñſi abſti
neãt, Optabãt qdẽ Ferarieſes ipſi dictioi eccleſiaſticæ ſubeſſe. Hãc ob rẽ Veneti matu
rãdũ uti caſtellũ die noctu oppugnatũ tandẽ capiũt: quo facto Friſcus ipſæ uindictæ
cupidus dimidiã Ferariæ ptẽ incẽdit: potiſſimũ uero coꝝ domos q rebus nouis ſtude
re uidebant. At ciues tantã iniuriã nõ diutius laturi ſumptis armis Friſco dñatu eiecto
Venetis ſeſe dedunt: cũ cernerent ſe ab his egregie defendi poſſe. Quare Pelagura idi
gnatus cruce ſignatos in Venetos & Ferarieſes unde quaq; ꝓpere ad ſe uocat. Clemẽs
uero cognita Venetoꝝ cõtumacia & regnãdi cupiditate eis anathemate notatis ſacra in
terdicit: ꝓ ſeruiſq; direptis eoꝝ bonis ubicũq; locorum repirent haberi iuſſit: quã ob rẽ
gens ipſa mercaturæ admodũ dedita & in Anglia & in gallia maxima incõmoda ꝑpeſ
ſa ẽ. Alios ꝑterea Cardinales in hetruriã bellis tumultuãtẽ põtifex miſit q Roberto Ca
labrię duci Florẽtinis ac lucẽſibus reliqſq; ꝓuincię populis mãdarẽt: ut oppugnare Pi
ſtoriũ deſiſterẽt. Paruere tũ oẽs ꝑter Florẽtios & Lucẽſes: Quare his quoq; a ſacris iter
dictũ ẽ. Veꝝ abeunte Roberto Auenionẽ ſalutãdi põtificis cã Piſtorieſes diutino bel
lo fatigati deditionẽ tandẽ fecere. Captæ urbis Florẽtini & Lucenſes mœnia euertunt:
foſſas complẽt agrum ſibi diuidũt: a ſanguine tñ ciuium temperatum eſt: ſolum urbis
utriq; populo cõmune remanet. Quod qdam Florẽtini non ita multo poſt contra fœ
dera inter ſe & Lucẽſes inita occuparũt: ducto circũquaq; muro elimatiſq; foſſis. Idem
ꝑterea ut oia circũquaq; tutiora haberẽt Acianũ gẽtis Vbaldinæ caſtellum in agro mu
gellano poſitum emptum pecunia diruunt: in planoq; haud longe Scarpariã ut pau
cis ante annis in Valle arni Caſtelfrancũ & ſanctũ Ioannem condunt. Miſſus tum q
dem in hetruriã Neapolio Cardinalis Vrſinus qui res ipſas cõponeret: ſpretus a Florẽ
tinis & Lucenſibus eo ire prorupit ut anathema & interdictum publicæ continuaret:
hanc ob rẽ Florẽtini clerũ ipſum grauiſſimis exactionibus diu multumq; uexarũt. V ſi
præterea hac ſequita ſunt: nam curſũ donatũ ciuẽ egregium & de repu. benemeritũ in
terfecere qa Vgutionis fagiolani filiã i uxorẽ duxerat: adeo nobilitatẽ odio hẽbãt. Veꝝ
cũ poſtea Pelagurã legatũ in recupanda Ferraria caſtelloq; Thedaldo a Venetis occu
pato iuſſent a põtifice in gratiã recipiunt. Milleſimo. cccix. Eodẽ uero anno Karolo. ii.
Robertus rege Neapolitano mortuo filius Robertus i regnũ a põtifice miſſus: Bononiã ad Pela
gurã ꝓficiſcit: quẽ ſtatim eccleſię noie tumultuãti Ferrarię ꝑfecit. Is aũt Neapoli iturus
Degũ catelanũ uirum inſignem cum cohorte equitũ in ꝑſidio reliquit. Qui ubi cõtine
re Ferrarieſes ueibis & minis i officio nõ poſſet eqtes ex arce i ciues dimiſit: quoꝝ de nu
mero multos certe trucidauit. Ad octo nãq; & uigiti ex optimatib9 Eſtenſiũ dñatũ ap
Henricus petentes laqueo necauit. Eodẽ uero tpe Henricus luceburgẽſis a germanis iperator ele

ctus: hac quidẽ lege a pontifice confirmaẽ: ut intra biẽnium coronam Romæ habiturus Italiam ingrediaẽ. Hoc aũt animo id egerat pontifex ut imperatoris aduentu motus italici comprimerentur. Imperator itaq; oĩa ſe facturum pollicitus oratores ſtatim in Italiam ad populos & prĩcipes mittit: maxime uero ad Florẽtinos qui tũ Aretinos uexabãt: petitq; ut ſibi & exercitui ſuo hoſpiciũ in urbe parent: ac uexare aretinos deſinant. Reſpondere tum Florentini tm̃ quidem principem impudenter agere qui Barbaros in Italiã ducere conaẽ quam ipſe imperii cauſa a barbaris tueri deberet. Aretinis p̃terea impatorem ipſum non bene cõſulere: quos ſciret Guelphos quidem ciues ſuos expuliſſe: exules enim ab impatore reſtitui conſueuiſſe & extorres retineri. Ferunt tũ dantem Florentinos cæcos appellaſſe: q imperatori tã ĩſulſe reſpõdiſſent: quo certe nil poterat eſſe magis a re pu. ſua alienũ maxime aũt tanto principe cum tãto exercitu hoſtili animo aduentante. Animos ſi quidem eis dabant Roberti regis pmiſſa: q in regnum proficiſcens factionis Guelphæ defenſorem acerrimum ubiq; ſe futurũ pollicitus erat. Imperator aũt ad Taurinos alpes tranſgreſſus in plana deſcẽdens oẽs fere ciuitatũ pricipes honoris cauſa obuios habuit. Duæ tum p̃erant Mediolani factiones: quarũ altera Turrianorũ altera Vicecomitum habebaẽ. Guelphis p̃erat guido Turrianus populi capitãeus ut gẽtis uocabulo utar. Gibellinos uero Matthe9 Vicecões. Veritus ãt guido ne uicecomes henrici gratiã ob factionẽ p̃occuparet: contracto exercitu in agro Mediolanenſi caſtra ponit uiſurus ut ipſe dicebat q nã urbẽ ſe inuito ingrederentur. Tum uero Matheus nunciis impatorem ipſum ppere Mediolanum uocat ad urbẽ: ut ipſe dicebat impii Romani domicilium. Hẽricus itaq; copias urbi admouẽs: magnos tum qdem tumultus ingreſſo iã Guidone cõcitauit: quos ſtatim rebus hoc modo cõpoſitis repreſſit: ut Guido Vercellis potireẽ. Matheus uero equitũ ſuorũ dux & pręfectus haberẽ. Potitus Mediolano imperator oẽs fere ciuitates ſtatim in deditionem accepit: p̃ter Alexãdrinos. Coronam itaq; ferream Mediolani accipiens: quã Modoetiæ de more capere debuerat tanta ciues impẽſa uexauit: ut grauata onere plebs: q̃ libertatẽ ſperabat arma ſumpſerit. Tũ uero germani cũ ab utraq; factione ſuos cedi uiderẽt ex ſuburbiis urbẽ ingreſſi factionum capita ad ſe uocãt. galeatius aũt mathei uicecomitis filius: relicto domi genitore: cũ magna cliẽtũ manu ad ĩperatorẽ pficiſciẽ: oſtenditq; Turrianos tyrãnidẽ urbis affectantes tm̃ tumultus cõcitaſſe. Hãc ob rẽ Germani cũ Gibellina factione in unũ cõuenientes: Turrianos nõ nihil apud plateã ſanctæ Mariæ nouæ reſiſtẽtes ab urbe pellunt: q guidone ſuadente Vercellas populariter petũt. Ex hac aũt factione ad triginta interfecti referunẽ: quorũ de numero quattuor Turriani fuere. Mouens deinde in Cremonẽſes & Cremẽſes Henricus: q Gibellinos eiecerãt Guelphos ad ſuppliciũ uocat. Sed libera Cremonẽſium deditio henricũ mitiorẽ reddidit. In cremenſes aliquãtulũ ſæuitum eſt: & eorũ mœnia funditus euerſa ſunt, Parmenſes aũt timore pculſi: qui Giberto corrigia ſuadente Rubeos in Vrbẽ acceperant pulſis guelphis ĩperatoris uicariũ recipiũt. Tutati ſunt aliquãdiu ſe Brixiani uerũ cum acriter ab henrico oppugnarentur noctu ad montana cõfugientes uacuam cultoribus urbem reliquere. Ingreſſi itaq; Germani urbis mœnia confeſtim demoliuntur. His aũt uicinorũ calamitatibus perterriti Mantuani Veronenſes Vicentini Patauini Taruiſini Veneti mãdata impatoris ſtatim fecere. Placẽtini quoq; pulſo Alberto ſcoto guelphorũ duce ĩperatoris p̃fectũ ſuſcipiũt. Cõpoſitis itaq; hoc mõ Ciſalpinę gallię rebus ĩpator: Amadeo ſabaudiæ comite Piſanorũ Genuẽſiũq; Oratorib9 ſubſequẽtibus p Placentinos iter faciẽs Genuã pficiſciẽ. Quo ẽt nõ ita multo poſt applicuere & legati Roberti Neapolitani

Vicecomites Matteus

& Fœderici Siculi regis: illi ſimulatā iſti uerā amicitiā præſeferentes. Nam Robertus rex Mareſcallū ſuū cum duobus millibus eqtum in hetruriā miſerat q Florētinis & Lucenſibus ſi opus uideret cōtra impatorem auxlio eſſent. Verū henricus Piſas claſſe delatus p̄miſſis terreſtrib9copiis maximis incōmodis Luceſes afficit. Libuit hactenus commemorare hæc incōmoda italis illata: quorū oīs culpa a qbuſdam in Clementē trāffertur: q henricum impulerit cum exercitu Italiā ingredi. Sunt tñ qui ſcribant id ex utilitate prouinciæ a Clemente factum: ob inteſtina mala quę quottidie cū magna hoium cęde in unaquaq; ciuitate: imo in quouis paruo ēt caſtello cōmittebantur. Cedebantur ciues: necabant̃ Senes: allidebant̃ iſantes: nec ullus crudelitatis modus inerat. Vnde clementi placuit quod ſcriptū apud homerū eſt unus ſit princeps ad quē oīa referant. Hēricus aūt Romam uerſus iter arripiēs cū quingētis equitibus Lodouicū Sabaudiēſem Amedei filium p̄mittit: qui certe apud Stephanū columnā non longe a lateranenſi palatio diuertens magnā urſinę factione timorē iniecit: Henricus tñ Viterbium primo inde Romam ueniens effuſo obuiam honorato quoq; cum urbana multitudine perbenigne ſuſcipitur. Coronatus deinde a tribus Cardinalibus Romanos oēs in uerba ſua ut mos eſt iurare cōpulit. ædicto ingenti coniuio cui oēs ciuitatis p̄ceres exceptis dūtaxat Vrſinis interfuere. Ne tñ in tanta celebritate qcq̄ tumultus ob cōcitatas hoium mētes oriret̃ milites ſuos in theatris thermis locisq; munitis p̄ ſtatione collocauit: qbus preſidiis adeo cōfiſus ē ut auſus ſit ēt tributū inſuetū a populo exigere. Qua ex re oēs utriuſq; factionis ciues ad Vrſinos cōfugiūt: q ædes ſuas p̄pe tyberim & Hadriani pontē ſitas ualidis præſidiis cōmunierant. Tum uero iperator ira percitus ſagitarios nauales a Piſanis miſſos in Vrbem contra Romanos uocat: quos certe nil tale metuentes Ioannes Roberti regis frater qui ſuas nauales copias ſub Auentino collocauerat facile in ſugam uertit: & intromiſſo equitatu haud longe in ſtatiuis collocato: populo Romano adiuuāte impatorem ipſum Tybur abire coegit. Diſceſſit & Ioānes Roberti frater cardinalium iuſſu: Vrbemq; pacatam reliqt. Henricus aūt Peruſio iter faciens cum Aretium perueniſſet Robertū regem maieſtatis reum facit: citatūq; nec apparentem regno priuauit: improbante eam rem clemente: q in loco nequaq̄ idoneo tantam rem nec ad ſe ptinentē pegiſſet. Pontificis enim p̄prium eſſe dicebat regnum Siciliæ ci & ultra farum dare & adimere. Mouens Aretio impator in Florentinos & Lucenſes cum Roberto ſentientes copias ducit. Verū cum urbem oppugnare non poſſet occupato Bonitio eodēq; munito Seneſibus bellum indicit: qui auare nimiū ac maligne cōmeatus ei ſubminiſtrabant. At uero cum ægrotare cœpiſſet: ad maceręti balnea ſe cōtulit: unde multo imbecillior q̄ antea ad Bonconuentū rediit: ubi poſt aliquot dies morit̃: non ſine ſuſpitione dati a Florētinis ueneni: ſubornato pollicitatiōibus & præmiis monacho quodam qui ei euchariſtiam ueneno illitam dederat: ut nōnulli ſcribūt. Piſani aūt mortuo impatore Florentinorū potentiam ueriti Vgutionē Fagiolanū ducem ſibi ac tyrānum deligūt: qui pauloposſt ab equitatu cum henrico militare ſolito adiutus Lucenſes agris multatos in ptātem ſuam redegit. Clemēs uero ad cętera mala q̄ Italia patiebat̃ audito incendio baſilicæ Conſtantinianæ uehementer indoluit: pecuniaſq; clero ac popu. Romano miſit ad tēplū reſtituendum: licet eo anno tanta charitate & penuria rerū laboratum in regno ſit ut uix ad cibum & potum ſatis pecuniarū haberet: Quæ qdē mala & frequentes ecclypſes ſolis cometæq; portendebant: & ipſa peſtis qua fere ubiq; tum laboratum ē. Clemens aūt cum animū ad componēdum eccleſiæ ſtatum adieciſſet ſacris ordinibus ter habitis & plerosq; Cardinales uiros optimos creauit: & tribus cōciliis diuerſis

uerſis in locis uariiſq; tēporib9 habitis: multa prudēter & mature egit. Nā & dulcini ſe
ctā eccleſiaſticos īpugnantem ut dixi perdomuit: & templarios ſuſtulit in maximos er
rores prolapſos: chriſtū ſcilicet abnegātes eorūq; bona hieroſolymitanis militibus ad-
dixit: & regi Franciæ apud pictauiū quædam inhoneſta petenti quominus id impetra
ret reſtitit: Nam & damnari Bonifacium & abſolui Nogaretium ac Sarram petebat.
Primum certe nunq̄ obtinuit. Secundum poſtremo inpetrauit pollicente Nogaretio
ſe iturum pœnitentię gratia cōtra Saracenos: quamqdem expeditionem clemens ipſe
maxie optabat: ut ex eius cōciliis apparet. Præterea uero & celeſtinū Quintum appro
batis eius miraculis in ſanctos retulit ſub nomine Petri cōfeſſoris: & librum clemētina
rum à ſe cōpoſitum in Viennēſi concilio edidit. Deinceps uero uariis ægritudinibus af Clementinæ
flictatus nunc enim dyſenteria: nunc ſtomachi ac laterꝝ dolore crubiabat octauo pon
tificatus ſui anno mēſe decimo die quintodecimo moritur. Vacat tum ſedes annis duo
bus menſibus tribus diebus. xvii. Dum nō ſatis inter Cardinales conſtat quem potiſſi
mum deligant: Nec minor quidem diſcordia inter electores imperii tum fuit mortuo
Henrico: cū alii Lodouicum Bauarię alii Fœdericum Auſtriæ duces ꝓponerent: qbus
inter ſe prœlio cōcurrentibus ſuperato fœderico tanta ſuperbia Lodouicus elatus eſt:
ut abſq; auctoritate Romanę ſedis & imperatorē ſe apellauerit: & ita uicecomitibus in
Ciſalpina fauerit: ut Mediolano potiti ſint quo ei facilius Romam proficiſci liceret ad
coronam auream ut mos eſt accipiēdam. Tum uero hetruſci omnes ac maxime Guel
phi trepidare cœperunt: ꝙ cernebāt Lodouicum imperatorem omnia īperii iura adiu
uantibus Vicecomitibus & Vgutione Fagiolano Piſanoꝝ & lucenſium tiranno breui
repetiturum. Hanc ob rem & Guidonem petramalam epm̄ Aretinū ac dn̄m & philip
pum Tarentinum principem Roberti regis fratrem in partes ſuas pollicitationibus &
muneribus pellexere. Multū. n. Philippus eqtatu & diſciplina rei militaris tū ualebat.

IOANNES .XXIII.

IOANNES Vigeſimuſtertius Iacobus caturcenſis antea uocatus ep̄s
Portuēſis: poſt logngam uigintitrium cardinalium altercationem Lug
duni pontifex creatus nonis ſeptembris in eccleſia cathedrali coronam
pōtificatus accepit: ide uero Auenionē cū curia ꝓfectus octo Cardiales
in ieiuniis quattuor tēporum aduentus Dn̄i creauit: quoꝝ de numero fu
it Iacobus caturcenſis eius ex ſorore nepos & Ioannes caietani tituli ſancti Theodori
diaconus Cardinalis e gente Vrſina. Præterea uero in ſanctos cōfeſſores rettulit Lodo
uicum ep̄m Toloſanū quondam Karoli regis Siciliæ filium. Sunt tn̄ qui hoc boniſacio
octauo aſcribant ut antea dixi. Abdicare āt ſe ep̄atu & ſacerdotio compulit Hugonem
Caturcēſem ep̄m priuatū oībus pōtificalib9 inſignib9 ānulo mitra cappa pileo camiſia
ꝙ Romana: Priuatū āt degradatūq; ut iſtoꝝ uocabulo utar: ac curię ſæculari traditū oī
bus cruciatib9 coactū eſſe uitā cū morte cōmutare: ꝙ ī pōtificē cōiuraſſet. Eccleſiā uero
toloſanā quā unice dilexit ad archiep̄atū trāſtulit: cuius qdē caſtella ſex in ciuitates erre
xit ut haberet archiep̄s Toloſſan9 qbus cū dignitate p̄eſſet: Dioceſes quoq; archiep̄atui
Narbonenſi aſcripſit: Limoſam & abbatiam ſancti Pontii. Adeo pręterea rebus nouis
pōtifex ip̄e ſtuduit: ut & ſimplices ep̄atus bifariā diuiſerit ac diuiſos in unū redegerit: &
abatias ī ep̄atus & ep̄atus in Abbatias uiciſſim trāſtulerit. Nouas quoq; dignitates: no
ua collegia in eccleſiis cōſtituit: ac cōſtituta prius in aliā formā tāſtulit. hac tn̄ gratitu-
die uſus eſt: ꝙ clementinaꝝ editionē cōfirmauit. Mādauitq; doctoribus oībus Publi-
coꝝ gymnaſiorū ut librū ip̄m publice legerēt. Ordinē āt Grādimontēſem: quorundā

improborum factiõibus labefactatum in meliorẽ formã redegit. Amputatis his quæ ordini obeſſent:additiſq́ inſtitutionibus qbuſdam qbus tanta religio cõſtaret. Cũ uero Cæſar auguſtanam eccleſiã admodũ diligeret eã in Metrapolitanã erexit quinq́ cathedralibus eccleſiis ex undeci quæ Tarraconẽſi ſubſunt huic aſſignatis. inſtituit & nouũ ordinẽ militũ q militare ſub chriſto dicerent in luſitania q̃ portugallia dicit̃ qui Saracenis reſiſterent Beticam & Aphricã incolentibus. Betica apud antiquos ea pars dicebat̃ hiſpaniæ quæ ad mare meditarraneũ uergit noſtris tẽporibus Granatæ nomẽ optinens a cocco ut arbitror quo ea pars hiſpaniæ maxime abundat coccũ aũt nũc granã uocant unde lanæ inficiunt̃. Huius aũt ordis quẽ diximus a põtifice cõſtitutũ caput in marino Syluẽſis dioceſis oppido repoſitũ eſt: militibuſq́ oĩa bona templarioꝝ annuentẽ rege Portugalliæ conceſſa ſunt: quo liberius militiæ xp̃i uaccarẽt. cuius cenſor & moderator ẽ Abbas Alcohaſiãi monaſterii ciſtercienſis ordis Vlyxiponẽſis dioceſis: q & cõſcribẽdi

Thomas & exauctorãdi militẽ facultates habet. Deiceps uero duos Thomas i ſctõs rettulit Thomam ep̃m herſerdenſem uirũ nobilẽ genere ꝓbatũ moribus doctrina inſignem miraculis clarũ: & Thomã Aquinatẽ ordinis ſancti Dominici doctorẽ ꝓcellentem: de cuius uita & ſcriptis multa ſuperius annotauimus. Creatis deinde ſeptẽ Cardinalibus ſecunda ordinatione Milleſimo. ccc.xxii. Statim edictũ propoſuit: quo eos declarauit ꝑtinaces & hereticos q affirmarẽt xp̃m eiuſq́ diſcipulos nihil priuatim habuiſſe. Quod certe nõ multũ cũ ſacra ſcriptura cõuenit: quæ multis in locis teſtat̃ xp̃m eiuſq́ diſcipulos ac ueros imitatores nĩl ꝓprii habuiſſe. Vt illud Euangelii Qui nõ uendiderit oĩa q̃ habet & pauperibus dederit nõ põt eſſe dignus me diſcipulus. ꝓterea uero hæreticũ putauit eſſe ſi quis affirmaret ipſis diſcipulis uendendi: donãdi: teſtandi: acqrendi ſuopte igenio ius nõ cõpetere: q̃ ad regionẽ euntes in alterius arbitriũ tranſeant: unde fit ut Domini mãcipia nõ ſibi ſed domino acquirant. uel acqſita prius: ex arbitrio & mãdato eius pauperibus diſtribuant. Harum autem iſtitutionũ litteras apoſtolicas ad Gymnaſia publica tranſmiſit: ne amplius ſcholaſtici ea de re diſputare auderent. Damnauit ꝓterea gloſſullã quandam fratris Petri ordinis Minorũ: qui conuentum quendã tertii ordinis ad imitandã xp̃i pauptatẽ animauerat: quoꝝ de numero multi damnati & exuſti fuere. Habita præterea conſtitutione ut eorum uocabulo utar decem cardinales creauit: inter quos Ioãnis Columnæ & fratris Matthei e gente Vrſina ordinis ꝑdicatorum ratio ẽ habita. Dum hæc a pontifice agerent̃ Florentinus exercitus ingenti clade nõ longe a montecatino ab Vgutione Fagiolano ſuperatus eſt: Verum Lucẽſes nõ diutius tyrannidẽ Vgutionis laturi capta occaſione Neriũ eius filium urbe eiiciũt: dũ caſtruciũ uiꝝ domi nobilẽ & manu ꝓmptũ quẽ in carcerẽ cõiecerat ob prædã ex hoſtibus captã ad ſuppliciũ ducit. Pulſus itaq́ Luca nerius p̃rem in Lucẽſes cõcitat: cui qdẽ ex urbe in hoſtẽ ꝓdeũti Piſani ſtati clauſere portas. Is ãt cũ filio ad Malaſpinas confugiẽs tẽtato ſepius ac fruſtra ad tyrãnidẽ reditu tãdẽ in Flãminiã ſolũ paternum põtifice iubẽte rediit. Atq́ ita

Caſtrucius Caſtrucius ab extrema calamitate ad ſũmã fœlicitatẽ perducit̃: e carcere. n. ad dominatũ ciuitatis lucẽſis traductus eſt. At uero põtifex intelligens & eſtenſes pulſo præſidio eccleſiaſtico oĩo Ferraria: & Vicecomites adiuuante Lodouico Bauaro: Mediolão potiros eſſe: omiſſis ut ipſe dicebat ad tp̃s Eſtenſibus Viceccomites interdictis notauit: magis in Lodouicũ qui titulos iperii ſibi uſurpabat q̃ in Vicecomites inuectus. Eodẽ quo tẽpore Gibellini Genuenſes a cõciuibus ſuis guel phis pulſi adiuuãte Roberto rege cuius poteſtati ciuitatẽ cõmiſerant Sauonã populariter migrauere: Hos poſtea ẽt extorres bello inſequens Robertus: dũ in Gallias traiicit una cũ Sauonẽſibus in ꝑtãtem

ſuam

ſuam redactis aliquãdiu male habuit. Põtifex ãt intelligẽs diſceſſu Roberti Guelphos
ubiq; opprimi Karolũ Valeſiũ comitẽ Frãciç regis Philippi filiũ ĩ Italiã mittit: qui Guel-
phis præſidio eſſet. & his potiſſimũ q apud Vercellas cũ Turrianis erãt Vrbis ditione
potitis. Verũ ſupueniente Lodouici ĩperatoris iuſſu Galeacio Vicecomite ante aduen
tũ Karoli Turriani Vercellis pellunt. eaq; urbs in ptãtem Vicecomitũ redigitur. Poti
tur & Caſtrucius nõ ita multo poſt piſtorio: ut Guido petramala paulo ante Typher
no: Florentinis aduerſantibus. Sed Caſtrucius Galeacii Vicecomitis auxilio fretus (nã
Acciũ filiũ cũ mille & quingẽtis militib9 ei auxiliũ miſerat) Florẽtinos magna clade ſu
patos ad mœnia uſq; pſequit. Tũ uero põtifex uidẽs ĩ Bauaro turbandi oĩa pricipiũ ieſ
ſe ei ſacra ĩterdicit more ſolẽni ut fieri cõſueuit: Guidonẽq; petramalã poſt occupatum
Thyphernũ ſacerdotio exauctorauit Cortonã quoq; a dioceſi aretina ſepatã ĩ ciuitatẽ
erexit creato Ioãne Viteterbiẽſi Cortoniẽſiũ epõ. Interim ãt Nicolaus Eſtenſis Ferrariç
domin9 Argentã Rauẽnatis eccleſiç opidũ ui occupat: adiuuãte paſſarino Bonacoſſio
Vrbis Mantuæ tyrãno: qui ſororẽ Nicolai paulo ante in uxorẽ duxerat. Ii etiam iun-
ctis ſimul copiis Bononienſes aggredi ſunt auſi. Sed a Beltrãdo eccleſiç copiaꝝ duce ſu
perati cũ magno incõmodo abiere: nõ ita multo poſt a põtifice anathemate notati. Fer
rariç pterea interdictũ a ſacris donec argẽta redderet: Caſtrucius uero adeo Florẽtinos
tũ uexabat capto oppido Signa unde frequẽtes ĩcurſiões in eos faciebat: ut deſperatõe
reꝝ adducti karolũ Roberti filiũ in dñm uocauerint. Tũ uero Ioannes põtifex Ioannẽ
Vrſinum in Italiã ꝓpere mittit qui Florentinos & guelphos oẽs in Bauarũ confirma-
ret iã alpes cũ magnis exercitibus trãſeuntẽ. Is autẽ Romam iter facturus primo Me-
diolanũ ꝓficiſcitur Gibellinorũ precibus motus. Verũ cum accepta ferrea corona pecu
niis indigeret: atq; eas a populo exigeret quẽ Galeatius tuebatur oĩbus Vicecomitibus
in carcerẽ coniectis: quattuor & uiginti ciues deligit. qui rem pu. adminiſtrarent addito
prefecto: quem ex gente ſua Vrbi prefecit. Bauarus tamen poſtea Caſtrucii præcibus
motus Vicecomites omnes incolumes dimiſit dum Lucç eſſent ubi ĩperator a lucenſi-
bus magna cũ benignitate ſuſceptus eſt. Inde uero abiens comitãte cum mille & quin-
gentis eqtibus Caſtrucio Romã peruenit ubi apud ædes laterani iuſſu Cleri populiq;
Romãi a Stephão Colũna coronat. perãnt tũ Vrbi duo ex nobilitate Romana quos
romãi ĩperatores uicarios appellabãt. Tũ uero cũ Nicola9 comes alter collega abeſſet
Stephano ea ſors obtigit. Coronat9 ĩpator petrũ corbariẽſem ordis minoꝝ ex Reatino
agro oriũdũ põtificẽ ſtati creat Ioãnis. xxii. ęmulũ futuꝝ: hoiem qdẽ humili loco natũ
ſed doctũ & ad res agẽdas aptiſſimũ. Habuit hic prio uxorẽ. q̃ renuente ac reclamãte re
ligionẽ & habitũ ſancti Frãciſci ſuſcepit. Creat9 itaq; pſeudo põtifex: ac Nicolaus. v. ap
pellat9 ab ĩpatore & his q tũ cũ eo aderãt ut uerus xpi uicarius cõſalutat. creauit is quo
q; cardinales & epõs hoies ſui ipſius cõſimiles. Interea uero cũ eqtes galli in pſidio Flo-
rentinoꝝ relicti noctu inſidiis piſtoriũ occupaſſent. Caſtruciũ Roma abire cõſeſti co-
gunt: q prio iunctis cũ Vicecomitibus copiis Piſas Lucãq; peruenit. Inde uero in piſtori
um mouẽs ciuitatẽ diu obſeſſam fame ad deditionẽ tandẽ cõpulit. Subſequẽs ãt Caſtru
ciũ cũ exercitu Bauarus: uiterbii antipapã reliqt Florẽtiã oppugnaturus quam fortaſſe
occupaſſet ni Caſtrucio graui morbo ex ĩmẽſis laborib9 cõtracto mori cõtigiſſet. Baua
rus tñ tanti accepti bñficii ĩmemor eius filios Piſis ac luca expulit: dũ in ciuitatib9 præſi
dia diſpõeret: Vrbibuſq; ipſe potitus eſt. Mortuo quoq; eodẽ tpe Galeatio Vicecomite
eius filii ad Bauaꝝ cõfugiũt hoiem rogãtes ut accepta grãdi pecunia quam ipſi pollice
bant ſe in pṙiam remittat. Tũ ille pecuniç admodũ cupidus. Accium in patriam remit

Guido petramala

Petrus corbarienſis

ſilio & Petro rubeo in Germaniã abiit celerẽ reditũ cũ maioribus copiis pollicit9. Abeunte ãt rege Bononiẽſes ipſi adiuuãtibus Florẽtinis & Merchiõe Eſtenſi pulſo legato i libertatẽ ſe uindicãt: cæſo tũ in Vrbe tũ in agris eccleſiaſtico pſidio. Hanc ob rẽ legatus oĩ ope deſtitutus Auenionẽ ꝓficiſcit̃. Anno dñi Milleſimo.cccxxxiiii. Quo tpe eodẽ in loco Ioãnes põtifex morit̃ ætatis ſuę. Anno.xc. Põtificatus uero.decimonono mẽſe.iiii. relicta in theſauris tãta ui auri quantũ nullus ante ſe põtifex. Sepelit̃ ãt in eccleſia cathedrali cũ magna funeris põpa. Sunt q ſcribãt Petrũ murroneũ: quodã põtificẽ a Ioãne in Sanctos relatũ: Gẽtilemq; Fulginatẽ & diuum Florentinũ medicos inſignes magnis proemiis & honoribus tũ ab eo affectos. Amator.n.doctorũ uirorũ eſt habitus.

BENEDICTVS .XII.

BENEDICTVS Duodecimus patria Toloſanus ordis ciſterciẽſis Iacobus antea uocatus: ſãcte Priſcę pſbyter Cardinalis. xvi. die poſt Ioannis mortẽ Auenione põtifex creatus ſtatĩ cenſuris in Bauarũ a Ioanne factas ut in uſurpatorẽ ĩperii cõfirmauit. Hac autẽ rõne uacante ĩperio ad arma oĩa reſpiciebãt: cũ unuſq; quantũ uis paruus dñs rapere ex alieno conaret̃. Scaligeri.n.nõ cõtẽti Veronę: Brixię: Bergomi dominatu Parmã adimere Rubeis conabant̃. Gõzaga Rhegiũ Eſtẽſis Mutinã Florẽtini Lucã appetebãt. Verũ cũ Scaligeri potiri Parma nequirent: acriter q in pſidio erant urbẽ defendentibus maxime uero Germanis militibus q Scaligero inſenſi habebant̃: in Vincẽtinos exercitũ mouent unde re infecta ab euntes cũ Germãos milites abiiſſe Parma intellexiſſent eo ꝓfecti urbe ſtatĩ potiunt̃ rubeis ipſis eã dedentibus. Nicolaus quoq; Eſtẽſis Beatrice Guidonis Gonziaci filia in uxore accepta ſoceri copiis adiutus Mutinã capit. Philippinus itẽ Gonzoga ciuibus ipſis ultro dedẽtibus Regiũ lepidi in ptãtẽ ſuã ſtatĩ recipit. Tum uero creſcẽte Maſtini Scalę potẽtia Qui & Parmã & lucã & Pataiũ dedẽte Vbertino carraria in ptãtẽ ſuã redigerat: ad tantũ dominatũ extinguendũ oẽs fere Italiæ populi & pricipes ſimul cõiurarũt. Mamie aũt Veneti & luchinus uicecomes q Accio paulo ante mortuo in dñatu ſucceſſerat. Cinxerant Veronã obſidiõe Veneti Gonzaga Eſtẽſiſq; dũ luchinus alio exercitu Brixiã & bergomũ in ſuã ptãtẽ redigit. At uero cũ Veneti timerent ne dũ potẽtiã unius extinguere parant alterius augerẽt. Pacẽ ac cõditiõe cũ Maſtino Saligero ineũt ut omiſſo patauio carrarienſib9 dimiſſaq; Brixia & Bergomo Vicecõiti qs urbes nup occupauerat: ipſe Veronã Vicẽtiã Parmã Lucãq; retiñeret Diſplicuit uehemẽter hęc pax Florẽtinis ſociis & amicis q potiri Luca admodũ cupiebãt: ſed reiecta in aliud tps q̃rela tũ qdẽ reticuere. Põtifex ãt miſſo in italiã legato ſenatui populoq; Romano pſuaſit ut Senatoriã dignitatẽ quã diu regio noĩe geſſerant ſuis tãdẽ & eccleſię auſpiciis adminiſtrarent. Hanc ob rẽ & Stephano colũnę Senatoria dignitas in qnquenniũ ꝓrogata eſt: & collegę annui ei dati ſunt. Verũ cũ põtifex Stephanũ ad ſe Auenionẽ uocaſſet: Vrſus Anguillarię comes Stephani collega Franciſcũ petrarchã uirũ eloquẽtiſſimũ maxĩe ãt uernacula lĩgua rhitimiſq; uulgarib9 corona poetica in Capitolio donauit: aſtante populo omniq; Romana nobilitate: Anno ſalutis Milleſimo.cccxxxviii. At põtifex ueritus ne uacãte ĩperio Italia ab aliquo externo hoſte iuaderet̃: Luchinũ Vicecomitẽ Ioannẽq; eius fratrẽ archiepm Mediolanẽſem Mediolãi aliorumq; urbiũ qs poſſidebãt uicarios iſtituit: eandẽ quoq; ptãtẽ Maſtio Scalę Veronę & Vincentię: Philippio Gõzagę Matuę & Regii: Albertio carrarię patauii obitiõi Eſtẽſi Ferrarię Mutinę Argẽte ſuo iure: ut ipſe dicebat tribuit: ꝙ uacãte ĩperio oĩs eius ptãs i põtifice recidat Ieſu Xpi ſupni regis unicũ in terris uicariũ Obitiõi tñ Eſtenſi hoc uecti

Stephan9 columna

Ioannes uicecomes

gal impoſuit: ut quottānis .x. millia numū auri: Eccleſię Romanę ꝑſolueret. Semel āt
toto ſui pōtificatus tp̄e ſex p̄ſbyteros Cardinales creauit uiros ægregios non de ſua ſtir
peut nunc fit: ſed undequaq; ad tātā dignitatē uocatos. Nō improbo tn̄ eos qui ob co
gnationē & affinitatē ad ſūmos dignitatis gradus erigunt̃ ſi tanta cōditione digni ſūt.
Tātæ p̄terea cōſtātię fuit: ut dimoueri a recto uel ui uel p̄cario uel pollicitatiōibus nū-
q̄ potuerit. Bonos .n. diligebat. & uiciſſim malos ac ſceleratos apte odio hēbat. Cōpone
re itē pacē inter Philippū Frācię & Eduardū Anglię regē ſępe tentauit p legatos ac fru
ſtra: Qui maximis cladibus: q̄ ſępiſſime inter ſe cōcertarunt. Nā Eduardi claſſis ſupra
ſcluſas nō lōge a portu Flādriæ tāta ui cum gallis dimicauit & uīcit: ut ad .xxxiii. millia
galloꝝ una pugna īterfecta referant̃. Pōtifex aūt rē ſępius tentatā omittēs ędes pon ti fi
cias cū turrib9 & pometis īcohauit ac ꝑfecit ſuoq; iuſſu īpēſaq; baſilicę ſancti petri tectū
reſtituit quēadmodū epigrāma ad eius ſtatuā in eadē baſilica poſitā indicat. Morit̃ aūt
pontificatus ſui āno .vii. menſe .iii. die xvii. Multam uim auri nō cognatis ſuis & affini
bus: ſed ecclīę reliqt. Zotū pictorē illa ętate egregiū ad pingēdas martyrū hiſtorias in
ędibus ad ſe ſtructus cōducere in aīo hūit. In morte aūt optimi pōtificis & doctiſſimi
oēs fere collacrimarūt: Idq; in pompa funeris qui aderāt fletibus & gemitus p̄ſe tulere.

CLEMENS .VI.

CLEMENS .VI. patria Lemonicēſis petrus antea uocat9: primo mona
chus deīde archiep̄s Rhotomagenſis: poſtremo pōtifex Aueniōe creat9
eſt: Fuit āt uir multæ doctrinæ cōpoſitęq; eloquentię: liberālis in oēs co-
mis & p̄humanus. Electus itaq; nonis maii. Milleſimo .cccxlii. coronat̃.
xiiii. kal. Iunii. Sequētibus uero ieiuniis pōtificatus ſui āno primo octo p̄
ſbyteros cardinales creat diaconos duos .ſ. frēm ſuū monachū Tutellenſis ꝓfeſſionis:
& Gulielmū ex ſorore nepotē. Ex his p̄terea quos p̄ſbyteros creauit un9 ei affinitate cō
iunctus fuit. Sequēti āt āno duos itē creauit quoꝝ alter ei9 erat ex altera ſorore nepos:
petētibus ſiqdē Romanis: ut quēadmodū Bonifacius octauus olim conceſſerat: ut cē-
teſimo quoq; āno qd' ſæculū antiq appellabāt: uñ ludi ſęculares noīati ſunt: plenā pec-
catoꝝ oīum remiſſionē uiſitātib9 limia Apoſtoloꝝ Petri & pauli quīquageſimo quoq;
āno id faceret libēter ānuit: cū diceret ætatē hoīum iubileū illū cētū ānoꝝ attingere nō
Annus iubilei poſſe. Veꝝ cū intelligeret totā Italiā in tumultu eē ſolos Luchinū & Ioānē Vicecōites
uicarios inſubrię cōfirmauit: de reliqs Italiæ pricipibus nulla mētione hīta. exiſtimabat
.n. ſolos Vicecōites Bauaro reſiſtere poſſe in Italiā ut ipē p̄dicabat deſcenſuro: Qui ui-
ciſſim: ut par pari pontifici redderet ī ditione ecclīaſtica multos Vicarios īperiali aucto
ritate cōfirmauit. Nā Ioānē de uico Vrbis p̄fectū uiterbii: Galeottū Malateſtam & fra
tres Arimini Pēſauri Fani: Antoniū Feletrariū Vrbini: Nolphū & Gallaſiū fratres cal
lii: Alegretū clauellū Fabriani: Bulgarutiū Mateliccæ: Iſmedutiū ſancti ſeuerini. Gētilē
Varrancū camerini. Michaelē mōtis milonis. Pōgoniū cingoli. Nicolaū boſcaretū eſii:
Guidonē Polētenſem Rauennę. Frāciſcū & Synebaldū Foroliuii & ceſennę: Ioannem
Manfredū Fauentię dn̄os cōfirmauit: licet añ qdā ex his loca ipſa parti ui ꝑtim beniuo
lētia ciuiū adepti fuerāt: ut in Benedicto diximus. Interī uero Freſcobaldi Florētini ci-
ues admodū potētes a ciuibus ſuis pulſi Piſanos ad arma cōcitāt iniquo qdē tp̄e Florē
tini .n. Parmā a Scaligeris empturi tū erāt & ob eā rē filios obſides iā Ferrariā miſerāt:
quingenta millia numū auri polliciti. Sequeſter .n. ad eā rē cōficiendam Ferrariēſis ab
utroq; electus eſt. Veꝝ cū Florētini alia ſup aliā clade tū a piſanis tū ab eoꝝ ſociis affli
ctati eſſent omittere tantā emptionē coacti ſunt. Ferre tn̄ auxiliū Lucenſibus a Piſanis
obſeſſis

obſeſſis nō omiſere adiuuātibus ēt ſociis: copiaꝝ duce Malateſtā Ariminenſi cogomē-
to Vngaro; Qui piſanos a ceruicibus Lucenſiū armis qdē repulit. Tū uero Robertus
Florētinoꝝ amicus Socioꝝ calamitatibus ꝑmotus Gualteriū quendā gallū Athenaꝝ
ducem appellatū: cū paruo eqtatu ī hetruriā miſit: q artibus exqſitiſſimis deiecto Ma
lateſta ut impito belli duce: ita gratiā Florētini ppli aucupatꝰ eſt: ut breui & copiis eo-
rū & urbi ꝑficeret: deiectis & extictis oībus urbis magiſtratibus. Huius quoq; fortunā
uiuere Aretini Piſtorienſes & Volaterrani q hoī ſe ſe ſtatim dedidere. At cū Acciꝰcorri
gienſis Parmā urbē quā ipſe tueri nō poterat: Obicioni Eſtēſi dediſſet. Philippinus gō
ziaga bello ab ipſo Obicione laceſſitus cōparato exercitu in agro Regienſi hoiem inua
deus collatis ſignis tāto īpetu fundit: ut fugientē Ferrariā uſq; ꝑſecutus ſit. Tum uero
Obicio deſpatiōe reꝝ motus Parmā ipſam quā retinere nō poterat Luchino uicecomi-
ti tuēdā tradidit Anno dñi milleſimo.ccclxvi. Cū āt Florētini ferre Gualterii tyrānidē
diutius nō poſſent: necarēturq; quottidie multi: in eum ob libertatē cōiurātes Angelus
Acciaiolus urbis eṗs ciues armatos in eṗatū ꝓpere ad ſe uocat: ṗriam in libertatē uēdi
caturus. Qua re tyrānus īparem ſe ciuibus uidēs eṗo ipſo pacis ſequeſtre adhibito īco-
lumis cū militibus & rebus ſuis decimo tyrānidis ſuę menſe abiit. Veꝝ plebs ipſa igra
ta ut ſemp nobiles ciuitatis quoꝝ cōſiliis & armis libertatē cōſecuta erat exules facit: dir
reptis eoꝝ bonis edibuſq; euerſis. Et ne qd deeſſet ad ꝑturbandā totam Italiā; In regno
quoq; Neapolitāo magnę diſcordię exortæ ſunt. Rex.n. Robertꝰ ſine ſtirpe uirili mo Robertus
riēs Ioānā filiā Andreæ nepotis ſui karoli regis Vngarię filio uxorē dedit: Neapoli.n.il
lis diebus adoleſcēs uenerat. ueꝝ Ioanna hoiem ſocordē peroſa cū in urbe aduerſa ꝑ in-
ſidias īterimit: alteriq; fratruelli nubet Lodouico olim Tarentini pricipis filio: quē Ro-
berti quoq; frēm fuiſſe cōſtat. Tū uero Lodouicus rex Vngarię primi mariti fr̄ trn̄ ſcelꝰ
ulturus: cū paratiſſimo exercitu ī Italiā ueniēs primo ſulmonēſes reſiſtere auſos oppu-
gnare adorit. Interim aūt Romæ creandoꝝ Senatoꝝ ex auctoritate apoſtolica cōmu-
tata rōne: Nicolaus rentii ciuis Romanus publicus ſcriba uir qdē erecti ad libertatē ex
celſiq; aī occupato armis capitolio trn̄ ſibi beniuolētię & auctoritatis apud oēs cōparu
it: ut facile quo uellet mētem populi Romani flecteret. Is āt quo magis aīos hoīum cō
moueret: Hoc titulo uſus ē. Nicolaꝰ ſeuerus & clemēs libertatis: pacis: iuſticięq;: tribu Nicolai
nus: ac ſacrę Romanę reipu. liberatẽ illuſtris. Hac aūt uerboꝝ pōpa tantā de ſe & admi Titulus
rationē & opinionē concitauit: ut oēs Italici noīs ꝑ legatos pacē amicitiamq; ab eo pe-
tierint. Fuere & quędā externæ ꝓuinciæ quæ ad Romani īperii gloriā renaſcentē ut ipſe
putabāt reſpicerēt: Sed paꝝ inoleuit fucata gloria: nā dū parti ciuiū conſulit ꝑti aduer
ſaẽ repente ex patrono tyrānus eſt habitus. Hanc ob rē ſeptimo magiſtratus ſui men
ſe ſponte ſua ignaris oībus mutata ueſte per obſcurā noctē Roma abiēs ad karolū Ioā
nis filiū in Boemiā ꝓficiſcitẽ: quē Clemens pontifex ob multarum linguarū litterarūq;
peritiā in Bauari ēt cōtumeliā ab electoribus in Cæſarem deſignari paulo ante fecerat.
Captus itaq; tribunus a Karolo & Auenionem miſſus pontifici dono datẽ. Lodouicus
aūt Sulmone poſt longā oppugnationem potitus regnū deinceps facile occupat Ab
eūtibus in ꝓuinciam Narbonēſem ob timorē Ioāna & adultero Lodouico; relicto ad
regni cuſtodiā duce Dyrachino Roberti regis nepote: quem Karolus ꝑlio ſuperatum
& captū ultimo ſupplicio affecit. At uero cū fere in tota Italia peſte laboraretẽ Karolus
relicto ſatis magno ꝑſidio tertio menſe in Vngariā reuertitẽ: Eo maxime tpe quo Ioan-
nes archieṗs magni animi conſiliiq; uir mortuo fratre Luchino uicariatū Mediolanen Ioannes
ſem a pōtifice ſuſcepit. At clemēs retento in uinculis Nicolao cardinales quoſdam Ro uicecomes

mam miſit:qui ſtatum urbis componerent:ad quos Frãciſcus Petrarcha pſcribens eis
perſuadet ut promiſcue Senatores ad tollendam ſeditionẽ ex plebe ipſa creent:cum nõ
ſatis conſtet in ipſa urbe Roma qui Senatorii qq; plebei ordinis ſint:q; oẽs fere peregri
ni ſint & ignotis parentibus orti. Declarati itaq; ſenatores ſunt. Petrus Sarra colũnen-
ſis & Ioannes Vrſi filius:quo quidem tpe peſtis adeo triennio totam Italiam peruaga
ta eſt:ut uix decimus quiſq; ex milleſimo hoie ſuperfuerit. Nec id quidem mir; cum ob
iubileum contagione hominũ & multitudine undiq; Romam cõmigrãtium ſqualore:
ſitu:pedore:omnia inficerentur. Venere aũt tũ in ptãtem Florentinorum collis oppi-
dum & Geminianum. Venit & in ptãtem archiepi Mediolanenſis Bononia ciuibus ip
ſis ultro dedentibus. Quare pontifex cõmotus miſſo in Italiam legato Florentinos &
Maſtinum Scalam in Vicecomitem concitat. Sed mortuo Maſtino archieps canẽgrã
dem Maſtini filium omneſq; Flãminię & hetrurię Gibellinos in fœdus amicitiamq; ſui
pelliciens Bernabouem nepotem Bononiam miſit qui cines in fide contineret. Interim
uero Florentini nemine uetante Piſtorienſes ac Pratenſes aggreſſi eos tandem in pote-
ſtatem ſuam armis redigunt. Ve; poſtea ab archiepo uexati duce copiarum Ioãne Au
legio uix tum qdem ſe mœnibus tutati ſunt. Defeciſſe tum Anglare & Burgum ſancti
Sepulchri Eccleſiæ oppidum ad uicecomites conſtat. Pugnaſſe tum etiam legitur Ge
nuenſes & Venetos inter ſe bello nauali in quo primo uicti Genuẽſes ſunt:mox uicto
Philippus auria
res pfecto claſſis Philippo Auria & chium inſulam de Venetis cœpere:& Euboiã quã
Necropontũ uocant magnis cladibus uexarunt. Clemens aũt quieti Italiæ tandem cõ
fulturus Lodouicũ Tarentinũ principem regẽ Neapolitanũ decreuit: pacẽ cũ Vnga-
Emitur auenionenſem
ro inſtaurat. Vrbẽ Auenionẽſem a Ioanna regina emit:eius.n.primoniũ habebat. Per
ſoluit pcium pheudi pmutatione:tantũdem.n.& eo amplius ob regnũ Neapolitanũ
ecclie Romanę debebat. At uero dum Anglerianus Vicecomes Scarperiam i mugel-
lo obſideret:Senenſes Aretini Peruſini ſuis rebus timentes nouam ſocietatem cũ Flo-
rentinis contra Vicecomites ineunt. Sentire cum Vicecomitibus Piſani aperte non po
terant ob Gambacurtos Familiam potentem Florentinis amicam. Qui reſiſtere Vice
comiti nequeuntes Karolũ impatorẽ in Italiã uocant. Hanc ob rẽ motus põtifex ueri-
tuſq; ne in Italia ferro ac flãma uaſtaret:quẽadmodũ ſe factur; impator minabatur:&
Vicecomitibus Bononiã hac lege pmittit:ut duodecĩ millia numũ auri quotãnis eccle
ſię pſoluerẽt:& pacẽ inter Vicecõites & Florẽtinos cõponit his cõditionib9: ut neuter
iſto; Piſanos:Lucẽſes:Senẽſes:Peruſinos uexaret.utq; Burgus ſancti Sepulchri eccle
ſiæ obtẽperaret:libertatẽq; Cortonenſiũ Vicecõites tuerent. Pacẽ quoq; & fœdus cõpo
nere inter Philippum regem Francię & Eduardum Anglię annixus ẽ: ſed fruſtra adeo
erant ad bellum animati in quo Eduardus uictor cęſis uiginti gallorum millibus cale-
ſium undecim menſibus obſeſſum ui tandem cœpit: Eadem quoq; fortuna ſuperãtur
Scocii ab his qui Eduardi auſpiciis in Scotia tum militabant. Pontifex autem boni pa
ſtoris officio functus cum foris prodeſſe xpianis nõ poſſet domi eccleſiaſtico Senatui
cõſuluit. Aliquot.n.pſtãtes uiros in Cardinales legit. Maxime uero Egidiũ hiſpanũ ar
chiepm Tolletanũ:Nicolaũ cappociũ Romanũ ciuẽ:Rainaldũ Vrſinũ eccleſiæ Ro-
manæ prothonotarium. Nepotem quoq; ſuũ huic numero aſcripſit: Qui poſtea põti
ficatũ adeptus eſt & Gregorius Vndecimus appellatus. Sunt qui ſcribant hunc põti-
ficem in Sanctos retuliſſe hiuonẽ pſbyte; & cõfeſſorẽ Britãnicũ: pontificatus aũt ſui
anno decimo menſe ſexto die uigeſimo octauo milleſimo.ccclii.mortuus Auenione ſe
pellitur adhibita a Cardinalibus qui tum aderant honeſta funeris pompa.

Innocentius

INNOCENTIVS. Sextus patria Lemonicenſis Stephanus antea uo-
tus pontificii ciuiliſq; iuris uir cõſultiſſimus procurator primo: mox epi
ſcopus claramontanus deinde Cardinalis pontifex tandem creatur An
no domini Milleſimo tercenteſimo quinquageſimo ſecundo. xvi. kalen.
Decembris. Fuit autem uir integerrimę uitæ magnæq; conſtantiæ & ſe-
ueritatis. Beneficia autem eccleſiaſtica non niſi probatiſſimis ſacerdotibus tum uita tũ
doctrina dedit. Poſt uero Coronationem ſuã multas reſeruationes a Clemente factas
ſuſpendit: conſtituitq; ſtatim: ut omnes prælati omneſq; qui beneficia habebãt ad eccle
ſias ſuas ſub anathematis pœna proficiſcerẽtur. Dicebat enim oues paſcuas a proprio
paſtore non a mercẽnario cuſtodiri debere. Impenſam quoq; domeſticam quæ magna
erat imminuit familiam ſuam ad certum & honeſtum redigens numerum. Nec domi
uoluit niſi uiros probatiſſimos. Idem ut facerent Cardinales acerrimo edicto manda-
uit. Dictitans ſuam ac omnium eccleſiaſticorum uitam cæteris exemplo eſſe debere ad
imitationem Saluatoris noſtri cuius tota uita ad inſtitutionem humani generis reſpicie
bat. Pręterea uero ſacri palacii audiroribus ſalaria inſtituit: ne muneribus corrumpi in
decernendis litibus ob inopiam poſſent. Ducebat enim famelicos non facile etiam ab
alieno cibo abſtinere: ſi ſit oblata quouis modo edendi facultas. In uictu parcus eſt ha
bitus: in ſumptu bellico largiſſimus dum bello repetit quę a tyramnis ſuperioribus tẽ- Egidius
poribus occupata fuerant. Egidium namq; hiſpanum e gente karilla Cardinalem Sa- cardinalis
binum uirum inſignem e latere ſuo in Italiam miſit: Qui bello tyramnos perſequere-
tur: ditionemq; eccleſiaſticam tutiorem redderet: eo maxime tempore quo imperator
Conſtãtinopolitanus: Aragonum rex: & Veneti contra Genuẽſes fœdera inter ſe inie-
re. Ii autem comparata claſſe numero nauium & copia militum ſuperiores: Genuen-
ſes inter Conſtantinopolim & calchedonem aggrediuntur loco ipſis genuenſibus ini-
quo uento aduerſante. Pugnatum eſt ab aurora uſq; ad ueſperam ac tandem Gręcis in
fugam uerſis Veneti ac Catelani magna ex parte cum pręfecto claſſis ceduntur Paga-
no auria duce. Veneti autem tantam cladem & ignominiam iniquo animo ferrentes: Paganus
redintegrata cum Catelanis claſſe Nicolao Piſano Venetæ claſſis pręfecto ſequenti an auria
no non longe a Corſica Genuenſes fundũt eorũq; triremes quadraginta uiris onuſtas
demergunt hac clade perterriti Genuẽſes archiepõ Mediolanenſi ciuitatem ac ſua de
dunt: qui Venetos bello aggreſſus Patauinum principem Veronenſem: Ferrarienſem:
Mantuanum: & Florentinos in ſe concitat ueritus ne ſuperatis Venetis ad ſe demũ ire
tur. Pugnabatur terra mariq;. Sed Genuẽſes pręfecto pagano auria mira fœlicitate na
uali pugna uſi apud ſapientiam Peloponẽſi promontorium Venetos ſuperant: eorũ-
q; pręfectum Nicolaum Piſanũ captũ cũ quinq; millibus hoĩum Genuam ꝑducũt an
no Domini milleſimo. ccdiiii. Verum ſequenti ãno mortuo archiepiſcopo Mediolanẽ
ſi Veneti ac ſocii magna cura liberati ſunt. Bernabos & Galeatius ex Luchino fratre ne
potes patrui hæredes fuere. Sola Genua ab his defecit inito cũ Venetis fœdere incoha
to prius a Bernaboue & Galeatio ſuadente pontifice Egidioq; eius legato. Interim ue-
ro Kaloiannes Conſtantinopolitanus imperator in patriam rediit pulſo armis Cata-
cuſino imperii contra ius faſq; occupatore. Id autem factum eſt Franciſci Gataluſii ge Gataluſi9
nuenſis opera uiri rerum marittimarum peritiſſimi: cui Mitylenem cum Leſbo dono
dedit grati aĩ ſignum ꝓſeferens: Quam certe inſulã ſupioribus ãnis thurcus Gateluſiis
ipſis ui abſtulit: occupata pri9 Cõſtãtinopoli: totaq; thracia. nec Romæ certe minor ꝑ
turbatio ꝙ Cõſtãtinopoli tum fuit. Frãciſcus. n. Barõcellus Romãus ciuis admodũ po

tens pulſis e Senatoria dignitate Ioãne Vrſino & Petro colũnẽſi Tribunitiã dignitatẽ ſibi uſurpat cũ his titulis.Frãciſcus barõcellus Scriba Senat9 dei gratia almę urbis tribunis ſecũdus ac Romãus cõſul. Tũ uero Innocẽtius põtifex re cognita ad cõprimẽdã hoĩs andaciã Nicolaũ Cencii:q eodẽ mõ dominatũ appetierat e Carcere Auenionenſi ductũ Romã mittit ad tribunatũ repetẽdũ. Is itaq; urbẽ ingreſſus adiuuãte nobilitate ac magna plebis pte Baruncellũ e capitolio deiectũ ĩterficit ac ſolus tribunatu potit. Verũ cũ nõ ita diu priſtinę cõditionis ĩmemor nobilitatẽ pſequeret maxĩe uero colũnenſes a porta exquilina in Hernicos cũ clientela pficiſcẽtes magno incõmodo pulſus in capitoliũ ſe recepit: Vnde fugiẽs iſtãtib9 hoſtibus mutata ueſte:cognitus a ciuib9 romanis obtrũcat. Tũ uero auctoritate apoſtolica Guido Iordanis unicus ſenator ad an nũ creat. Impator aũt regis Boemie fili9 pbenigne a Carrarieſib9:Gonziacis: Viceco mitib9ſuſcept9 Mediolãni coronã ferreã ut mos ẽ accipit. Inde uero Piſas abiẽs legatos ſenenſiũ: Volaterranoꝝ:totiuſq; fere hetrurię obuios habuit:q dicerẽt ſe paratos eẽ ei9 mãdata facere. Idẽ feciſſent Florentini niſi prius data ingẽti pecunia ſe ab eius manib9 redemiſſent. Romã ãt pficiſcens hac cõditiõe a duobus cardinalibus ad eã rẽ miſſis co ronat:ut neq; Romę neq; in Italia diutius ĩmoraret. Quo qdẽ in Germaniã abeunte Egidius legatus oĩa fere oppida breui recepit q̃ tyrãni iſtigãte Bauaro in Flãminia quã Romãdiolã uocamus in Marchia Anconitana:in pĩmonio ſancti petri occupauerãt. Eos tñ uicarios ĩ oppidis ſuis cõfirmauit: quos uiderat eccleſię Romãe obſequẽtes Vt pote galeotũ malateſtã & guidonẽ Polẽtanũ in Flãminia: Varranẽſes in piceno. Orde laphos ãt nequaq̃ ecclię Romãę obtẽperãtes bello biẽnio pſecutus eos tandẽ e foroliuii Foroq; popilii ac Ceſenna deturbauit. Potuiſſent ii qdẽ aliquã ptẽ dñatus retinere adiu uãte Iacobo cardiali Colũmnẽſi uiro huic familię amiciſſimo: ſed maluer totũ cõſtãter amittere q̃ ptẽ turpiter retiere. Egidius ãt pacata Flãminia adeo foroliuii delectatus ẽ: ut & æratiũ eccleſię & pecuniã ab Aueniõe miſſam uñ arces italię ædificarent eo loci re poſuerit:& iſtitutiones quaſdã ibi cõpoſuerit qbus ad'huc puincia ipſa utit. Cũ aũt Egidius italiã pacaſſet arceſq; in ditione ecclaſtica plures pneceſſarias ædificaſſet: oẽſq; Italos principes ac populos ad officiũ redegiſſet. Ad ãnũ qntũ legatiõis ſuę ſucceſſorẽ habuit Arduinũ Burgundũ abbatẽ ciſtercieſẽm hoiem reb9 agẽdis nequaq̃ idoneũ. Hãc ob rẽ abeũte Egidio oẽs Italię pricipes ac populi arma capiunt. Nã & Piſani Florẽtinos adeo dexauere:ut cũ nemo pdire obuiã auderet agrũ oẽm Florẽtinũ dirriperẽt:capto Figino ſupioris arni Caſtello icenſiſq; uillis oĩbus q̃ paſſim in agris ædificate erant Dux aũt Florẽtini exercitus Pãdulphus malateſta tũ erat quẽ populus abdicare ſe magiſtratu coegit qa nũq̃ cõgredi cũ hoſte auſus ẽ. Tũ uero Piſani elatiores facti nõ tã ſpe potiũdæ urbis q̃ inferendę contimelię cauſa Leuibus aliquot pliis ante portas cõmiſſis cũ magna pda domũ redeunt iſtante iam autũno. & Bernabos quoq; Bononiã bello agitatã acriter eam defendẽte abbate cluniacẽſi multis caſtellis ſpoliat. Erat qdem Bononia ut antea diximus Vicecomitẽ dominatui ſubiecta: ſed aulegian9eam abbati cluniacẽſi prodidit firmum in mercedem proditionis accepturus. Verum dum Bernabos & regiũ Bononiam bello premit legatus apoſtolicus accitis in ſocietatem belli Philippino Gonzaga:cane Veronenſi: Nicolao Eſtenſi in Brixianos mouet tum Bernabos Brixianorum periculo motus Relicta Bononia ac Regio in hoſtem proficiſcens apud montem clarum tanto prælio ſuperatur: ut ægre deinceps Vrbis mœnia tutatus ſit. Eodem fere tempore Florentini Galeoto Malateſta duce Piſanos ſuperant illectis prius ad ſe eorum militibus pecunia: Hanc ob rem Piſani in Gambacurtos ciues ſuos

præpotentes oē crimen coniicientes q̃ auare maligneq; ſtipendia militibus pſoluerent Ioannē Agnellū exulē Bernaboui amicū & Gambacurtis aduerſantē reuocāt:q ciuitatē breui in ptātem ſuā redegit ſublatus e medio aduerſç factiōis amicis. Verū cōpoſita a pōtifice inter Piſanos & Florētinos pace: Ioānes haucut Piſanorū ſtipēdiis militare ſolitus milites oēs paſſim p oēm Italiā ſparſos colligēs magnū oib9 terrorē iniecit: tumultuāte potiſſimū ciuitate Romana ī creādis ſenatorib9. Quā diſcordiā Innocētius optime ſedauit externo Senatore ad urbē miſſo Raimundo Ptolomeo ciue ſeneſi q annū īntegrū magiſtratū geſſit Anno dñi milleſimo.ccclix. Nō quere aūt cōpoſitis ēt hoc moribus Romani: nā pulſo Senatore: ſeptē ciues crearūt cū ſūma ptāte quos reformatores ...otius reipu. uocarūt. Hāc ob rē Innocētius Vgonē Luſignancū Cypri regē ad bellum qđ in thurcos gerebat̄ pficiſcētē Senatorē creauit: mādauitq; ut magiſtratū reformatorū oio aboleret. Erat aūt tū maxime intentus abolendo bello qđ inter Anglos & gallos gerebat̄ quo oibus pficiſci in Thurcū liceret. Verū cū angli in pitirieſi agro gallos ſupaſſent: cœpiſſentq; regē cū Philippo filio rē difficiliorē factu feciſſe uidebant̄. cū Edoardus magnitudine ai motus captiuos oēs hac cōditione liberat: ne āplius cōtra ſe bella gerāt: q nō ita multo poſt pacis fœdera rūpētes Edouardū cape arma & obſidere Pariſios īpellūt. Parare & claſſem cōtra hoſtes xpiani nois Innocentius cōſtituerat: cū & Piſani q rē nauticā optie norāt cū Florētinis & Veneti q claſſe plurimū ualebant cū Lodouico Vngariæ rege bella tū gererēt. Taruiſiū.n. rex magnis copiis tū obſidebat: nec ſeditiōib9 iteſtinis Veneti carebāt. nā Marin9 dux: affectatç tyrānidis cōuictus ſecuri peutit̄: In tātis uero ai pturbatiōibus afflictatus Innocēti9 pōtificat9 ſui āno nono mēſe octauo die ſexto morit̄: eo potiſſimū tpe quo & Barthol9 ſaxferratus uir illa ętate oium conſultiſſimus. Ante uero pōtificis mortem tanta ſolis defectio facta eſt quanta nunq̄ antea: Viſum itaq; oibus eſt tantæ mortis planetas ēt ſigna aliqua dediſſe.

VRBANVS .V.

VRBANVS.V. patria Lemonicenſis Gulielmus griſa ut antea uocatus ſancti Victoris Maſſilienſis abbas abſens ēt oium cōſenſu pōtifex creat̄: Legationē.n. tū apud Vicecōites in Italia fungebat̄. Vocatus Itaq; Auenionē pōtificatū iniens: uir ſingularis uirtutis: ingentis ai: innocētiſſimæq; uitæ ſtati ad tuendā libertatē eccl'aſticā aium adicit eorūq; opa utit̄: q ad eā rē animati erant. Egidiū.n. hiſpanū uirū pſtantē de quo antea diximus in Italiam cū ſūma ptāte mittit: Qui ita: Lodouicū Gonzagā: Nicolaū Eſtenſem: Franciſcū Carrariū initis fœderibus in Bernabouē cōcitauit: ut plio ab his ſupatus & ſaucius ęgrę aufugerit: amiſſo in bello filio: captiſq; Andrea pepulo Bononięſi exule: Sincbaldo ordelapho: Paulo Mirandula: Guidone Foliano: Azone Corrigięſi: Gulielmo Caualcabo ue ęgregiis copiarū ſuarū ducibus: Permoti aūt calamitate Vicecōitū Frāciç: Angliç: ac Cypri reges legatos ad Egidiū miſere oratū: ut uicecomitib9 pacē redderet: nō deſceſſe re re ifecta legati reddita ſiqdē pax ē q̄ nō diuturna fuit: Ioāes.n. haucut uicecōitib9 militās cō Florentinos bello laceſſeret eorū copias apud Miniate oppidū grauiter pfligauit. Hāc ob rē Egidius legatus Thomā obicionē ęgregiū copiarū ducē cū tribus milib9 eqtū & ſatis magno peditatu Florētinis auxilio mittit. Pugnatū ē iter Aretiū & Cortonā dubio marte quattuor horis. Atq; demū Thomas ita hoſtes ſupat adnitente peditatu ut ex ſex milibus eqtū qui cū Anglico militabāt pauci euaſerint: atq; ipſe dux i deditionē uenerit. Huius aūt tantç uictoriç fama pmoti qui ab eccleſia deſecerāt ſtatim deditionē fecere. At uero cū Vrbanus ad quartū ſui pōtificatus annum i Italiam ueniſſet

Laudes Egidii

componendaꝝ reꝝ cā: ei legatus Egidius corneti fit obuiam: rōnemq̃ adminiſtratæ ꝓ
uinciæ reddēs: dū corneto Romā ꝓficiſcit̃: liberatus tātę legationis onere quieturus ob
ſeniū: Viterbiū rediit ubi & tertio mēſe poſt morit̃: uir certe ſingularis uirtutis pſtātiſ
q̃ aī: quiq̃ dignitatē eccliaſticā dū uixit mirifice tutatus eſt: eius āt corpus Aſiſſiū dela
tū in ecclia beati Frāciſci tumulat̃: ſepulchro a ſe cōdito dū uiueret. At uero cū karolus
imꝑator intellexiſſet Vrbanū Romā ꝓfectū eo & ipſe quoq̃ cū uxore & liberis ſtati ad
uolans i itinere Lucā Piſanis miniate oppidū Florētinis adimit ſibiq̃ uīdicat. Profect9
ne ſit Romā haud ſatis cōſtat: cū ab Innocētio .vi. pōtifice Romano coronā īperii acce
piſſe dicat̃: Cardinali hoſtiēſi Romā ob eā rē miſſo. Accepta aūt a Florētinis ingēti pe
cunia: ne eos bello uexaret: tertio menſe poſteaq̃ uenerat Italia ceſſit. Anno milleſimo
ccclxviii. Vrbanus uero apoſtoloꝝ capita diu q̃ſita tandē inuenit: deſierāt .n. ī honore
eſſe pp deſuetudinē & ignorationē hoīum: apud uero Sancta ſanctoꝝ repta ac locellis
argenteis recōdita ad altare maius baſilicę lateranēſis cū maxima ueneratione & celebri
tate collocant̃: aſtante clero pplōq̃ Romano. Idē quoq̃ pōtifex ędes pōtificias tū i Vr
be ueteri tū in mōte Flaſcono cōſtruxit: ut ei ac cęteris pōtificibus eo ꝓficiſci liceret uitā
di urbani æſtus cā. Breui āt in Galliā reuerſurus Ioānē haucut egregiū copiaꝝ ducem e
carcere miſſum copiis illis oībus p̄fecit q̃ antea ſub Egidio militauerāt: ut tādiu ditionē
eccliaſticā ab hoſte tueret̃ quoad ipſe reuerteret̃: Redire nāq̃ ad Italiā ei in aīo fuit Ve
rū dū in Gallias ꝓficiſcit̃ pontificatus ſui anno octauo menſe quarto Maſſiliæ morit̃:
uel ut alii uolūt Aueniōe uitā finiuit: eo maxīe tpe quo Brigida deuotiſſima xp̄i mulier
Suetię princeps Romā uoti cā uenerat: motuſq̃ nōnulli ī Apulia exorti ſunt. mortuo
Nicolao acciolo eiuſdē ꝓuīcię gubernatore uiro ſtrenuo ac ī reb9 agēdis ſapientiſſimo.

GREGORIVS. .XI.

GREGORIVS .XI. patria Lemonicēſis Petrus belfortis antea uocatus
ſanctę Mariæ nouę diaconus Cardinalis Auenione pōtifex oīum cōſen
ſu creat̃. Hūc .n. adoleſcentē uix .xvii. annū attingentē Clemens .vi. eius
patruus cardinalē creauit. Et ne uideret̃ carni ac ſanguini magiſq̃ eccleſię
cōſuluiſſe eundē ad exq̃ſitiſſimos doctores maxime uero ad Baldū q̃ tū
Peruſii legebat diſciplinę gratia ſtatim miſit: Vbi tn̄ in quouis genere doctrinę ꝓfecit:
ut idē Baldus eius auctoritate in confirmandis rebus dubiis plerunq̃ uteret̃. Fuit præ
terea tantæ inocentię & placabilitatis adeoq̃ humanus & pius ut ab oībus unice dilige
ret̃. Eo itaq̃ tpe quo pōtificatū iniit Romæ Senator ſingulo ſemeſtri a pontifice datus
ius populo dicebat. Vrbis aūt cuſtodiam totāq̃ reipu. adminiſtrationē & curam Ban

Bandereſii

dereſii tū gerebant: Bandereſii .n. appellati ſunt germanico uerbo a uexillis q̃bus in bel
lo utebant̃. Singulę .n. decurię ſigno internoſcebant̃ ſuo: capita regionū nunc uocan
tur: q̃ Vrbis tribubus p̄ſunt. In ciſalpina āt pricipes illi quos diximus in Vicecōites cō
iuraſſe Regiū a Vicecomitib9 poſſeſſum ꝓditione occupāt. Superat arx ꝑ quā Berna
bos Vrbē ingreſſus hoſtes primo īpetu fundit Regiūq̃ libere recipit: lucio theutonico
duce īde deturbato. Agebant̃ hęc in Italia cū Perin9 cypri rex Petro genitori in regnū
ſuffectus magnaꝝ diſcordiarum iter Genuenſes & Venetos cauſa fuit: Nam dum Fa
maguſtæ coronationis ſuę pompam duceret: adeſſetq̃ Genuenſis & Venetus baiulus
ita .n. appellant mercatorum prętores: uelletq̃ utriq̃ ad dextrā regis īcedere tantus re
pente tumultus exortus eſt: ut Genuenſes cæſi ac pulſi per ignominiā ſint rege in Ve
netos magiſq̃ in genuenſes inclinante. Hanc ob rem Genuēſes Petri Fregoſi auſpiciis
Dominici Fregoſi ducis fratris comparata quadragita triremium claſſe Cyprū hoſtili

animo inuadit.xiiii.millibus hoium in inſulam poſitis q oia ferro ac flāma uaſtarēt ob
uiolatū ius gentiū. Rex uero ab oibus auxilio deſtitutus ad miſericordiā cōfugiēs dedi
ta Famaguſta quadraginta millia numū auri quotānis Genuēſib9 pollicet̄ ſi pacē red
diderint. At uero cū legatus pōtificis i Italiā ueniſſet reſq; eccl'iaſticas recēſeret: inita cū
Vicecomitib9 pace initū pturbādi oia a prateſibus ortū ē. Ii.n. uindicare ſe in libertatē
a pplo Florētino qrentes exercitū eccl'iæ pmittēre legato in hetruriā uocāt: quē ita Flo
rētinus pplus pecunia corrupit: ut eoꝝ auxilio Pratū īgreſſus & cōiurationis capita ul
timo ſupplicio affecerit: & multa uexilla libertatis l'ras & nomē pſeferentia plurib9 co
hortib9 diſtributa ad oppida trāſmiſerit pplos ut dn̄os cohortātes: ut libertatis memo
res eccl'iæ iugū reiiceret. Primi āt Typhernates quos caſtellanos uocāt ab eccl'ia deſiue
re hos deiceps Peruſini Tudertini Spoletini Eugubini Viterbiēſes Aſculāi Foroliuiēſes
ſecuti ſūt. Occupauerat tū ēt Aſtorgi9 Māfred9 ſub Bauaro tyrānidis dulcedie guſtata
Granariolū agri fauētini caſtellū: ad quē opprimēdū e Bononia legatus Ioānē haucut
cū aliquot cohortibus mittit. Tutati ſunt Aſtorgiū Florētini & Bononienſes q excluſo
haucut cū oi pſidio in libertatē ſe uindicauerāt. Haucut uero cernēs fauētinos ad rebel
lionē ſpectaꝛ & ciuitatē crudeliter dirripuit cęſis paſſim oibus quos obuios miles hūit:
& ſolū urbis.xx.milibus numū auri Nicolao & Alberto Eſtēſibus frībus uēdidit: occu
pato Bagnacauallo ubi īpedimēta exercitus ſui ad tp̄s repoſuit. Tū uero pōtifex cogni
ta tāta reꝝ pmutatione: Cardinalē Gebēnenſem legatū cū ſex milibus eqtū Britonū in Britones
Italiā mittit: q p Taurinos deſcēdētes ſine ullo maleficio uſq; ad Bononiæ portus pue
nere urbē obſeſſuri. Sed legatus cognito Florētinoꝝ aduētu. qui Rodulpho Varraneo
duce Bononiēſibus ſuppetias ferrebāt: cū copiis ſuis Ceſennā hiematū conceſſit: i qua
urbe ita tumultuatū ē ob ſupbiam galloꝝ: ut ſexcēti Britones interfecti ſint reliq urbe
eiecti. Qui poſtea p arcē īgreſſi aucti numero cędib9 & rapinis oia cōpleuere: neq; his
qdē parcētes quoꝝ ætas ſuppliciter ueniā petit. Solę uirginis & iuniores matronæ ad i
iuriā reſeruatæ ſunt. Foroliuiēſes āt ueriti ne a legato inopia cōſilii & gubernatoris op
primerent̄. Synebaldū Pinū Ioānē Theobaldū Ordelaphos dn̄os i urbē recipiūt quo
rū uirtute ab īpetu Britonū defenſi cōſtātiſſime ſunt. Exiſtimās āt Gregorius pontifex
hæc oia mala q in Italia comittebant̄ ſua abſentia fieri naufragiūq; tā diuturnū abſente
gubernatore cōmitti de pfectione ſua ad Italiā uir bon9 diu multūq; cogitare cœpit. ſed
hoiem pmaxime mouere cuiuſdā epi uerba q interrogatus a pontifice dū ſimul inam
bularēt cur non rediret ad eccleſiā ſuā: quā haud par erat tā diu ſine paſtore nudā relin
q. Cur inqt tu ſūme pōtifex cæteris exēplū daturus tuū epatum nō repetis? Eccl'iamq;
Romanā? Motus his uerbis pōtifex: paratiſq; in rhodano una & uiginti triremib9 alio
ſe ituꝝ ſimulans: ne a Gallis retineret̄ ſi ſe pfectuꝝ ad urbē intellexiſſent (ipſam nāq;
curiā emolumēti cā in Gallia uolebāt) Genuā itaq; primo ide cornetū cōtēdit: uñ terre
ſtri itinere nauigationē ptęſus hieme pſerti: Romā puenit. āno dn̄i milleſimo. ccclxxvi.
idibus Ianuariis: Pōtificatus ſui ſeptimo Migrationis uero Romanæ curiæ in Gallias Gregori9
anno ſeptuageſimo. Quo āt apparatu quanq̄ incredibili populi Romani lętitia ſuſce .xi.ex Vi
ptus i Vrbē ſit honorato quoq; obuiā pdeūte nō attinet dicere: cū uultu geſtu acclama nione
tionib9 oēm lętitiæ ſpēm effuderint: ut filii ſolēt redeūte pegre exoptato parēte. Indige It Romā
bāt oia aduētu pōtificis. Nā & mœnia & baſilicę & publica ac priuata ædificia ubiq; rui
nā minabant̄: Quę certe magna ex pte reſtituit: ut turris ſuo iuſſu ædificata ad ſanctā
mariā Maiorē indicat: Labefactati ēt ita ciuitatis mores erāt: ut nihil urbanitatis habe
re uideretur: utq; illi mores aliunde petendi eſſent: quæ totū orbē terrarum quondam

ad urbanitatem redegerat. Collocata itaq; in urbe ſede ſua pōtifex: ut bonū paſtorē decet oia circūſpicere cœpit de medellaq; uulneribus inferrenda cogitare: pax igiť qua ſanari nondū obducta uulnera poterant ſibi diu multūq; cogitanti oblata eſt. Legatum itaq; primo ad florentinos mittit qui ad arma ſpectabant: eoſq; adhortať: ut ęquas pacis conditiones nō detrectent. Ii uero pontificis potētiā ſuſpectam hñtes ne ad pacem cogerenť cum Bernaboue hoſte paterno auitoq; fœdus & amicitiam ineunt. Poſtea uero Ioānem haucut pecunia & pollicitationibus corruptū ab eccleſia in partes ſuas trahunt: quo ſucceſſu elati nullū iniurię contumelięq; genus ꝑtermittunt quod in pontificem transferri poſſet: qua ex re anathemate notati hac inſolentia uſi ſunt: ut ēt ſacerdotes ſuos qbus a ſacris interdictū erat: celebrare cōtra ius faſq; coegerint. Tū uero pontifex a ꝑcibus ad arma conuerſus conciliatis prius Bononiēſibus q ſuo nomine Vrbē gubernarent: Varraneū mercede cōducit hac in re Florentinoꝝ artibus uſus: eiq; exercitū eccl'iæ cōmittit: paulopoſt in Florentinos moturo. Id ne ut deſtinauerat ſtatim faceret diſcordia iter Genuēſes & Venetos orta effecit. Veritus .n. eſt ne aliqua externa uis Italiam inuaderet ſi ipſe quoq; cum Florētinis decertaret. Nā dū Andronicus Genuenſiū auxilio fretus qbus tenedon inſulā mercedē facinoris ꝑmiſerat patrē Ioannē cōſtātinopolitanū imperatotem regno deturbaſſet: Veneti eundē in patriam reduxerunt ac Tenedon inſulā ab eo accepere: qua ex re indignati genuēſes in aliud tp̄s uindictā diſtulere ueriti pōtificis anathema. Qui utriq; populo interminabať niſi ab armis diſcederēt. cum diceret neutri coꝝ bellū illud cōpetere. Sed dū uir ſanctus accuratæ agit oia q̄ ad pontificē ꝑtinent intolerabili ueſicę dolore moriť pontificatus ſui anno ſeptimo: menſe quinto: Quinto kal. aprilis Milleſimo. ccclxxviii. Sepelliturq; in baſilica beatæ Marię in uia noua ſepulchro marmoreo quod adhuc uiſitur: tanto oium cū gemitu & lachrymis: quāto nunq̄ antea quiſq̄ ſepultus eſt: parente enim & unico genitore priuati omnes uidebantur. Lugebantq; non modo præſentem: uerum etiam futuram calamitatē in quam ſublato optimo pontifice ob patrum diſcordiam incidere.

VRBANVS .VI.

Mortuo itaq; gregorio cum de creando nouo pōtifice mētio habereť: clerus populuſq; Romanus ad Cardinales concurrūt: eoſq; rogāt ut unū aliquē uiꝝ ꝑſtantē deligāt e natione italica q & eccl'iam Romanā & xp̄ianam rē pie integre ac ſancte gubernet. Aliter de xp̄iano nomine illo maxime tp̄e actum eſſe: niſi optimus paſtor tum diligereť. Italū aūt regrebant ne ſi gallus deligereť Romanę curiæ iteꝝ migrare ultra montes neceſſe eēt: cum maximo urbis Romæ totiuſq; Italiæ detrimento & dāno: q dicerent abſente pontifice oēm ꝓuinciam urbēq; Romam tyrānicis ſeditionibus cōtinuo uexari: eccl'iaſq; Romanas neglectas & incultas ſitu ſqualore iam magna ex parte prolabi: tolliq; ob eā rē populoꝝ pietatē Romam continue ꝓficiſcentiū cū uideant & ſedem pontificiā & titulos Cardinaliū & monaſteria: ac ſacratiſſima martyꝝ loca ſine tecto corruētib9 iam parietibus pecoribus & brutis aīalibus patere. æquū eē ut eo loci pōtifex reſideat ubi Petrus ſedē pōtificiā relicta pr̄ia ſua relicta natiōe uolēte deo collocauerit: Auxeritq; martyrū cōfeſſoꝝ ſctiſſimoꝝ pōtificū cinerib9 ac ſanguie: Vñ paſtores eccl'iæ uñ quaq; circūſpiciētes mandatoꝝ xp̄i memores: icitatiq; maioꝝ exēplis quoꝝ martyria & res geſtas añ oculos hērēt ſaluti hoium cōſulerēt: pr̄imoniūq; beati Petri recuparēt: qđ pontificū abſentia i hetruria i ſabinis i hernicis i umbris i picēo i flāminia a tyrānis qbuſdā occupatum fuerat. Reticere ſe ipreſentiaꝝ q̄ iminuta ſit hoium pietas & pegrinatio ad urbem

Romam: immo ad ſanctorum corpora & religꝗas uiſendas ob pontificum abſentiam: quæ adhuc redintegrari poſſet ſi pontifex italicus crearet. Reſpōdere tū Cardinales ſibi curæ fore ut uiꝝ optimū deligerēt ꝗ eccleſiæ dei p̄eſſet nulla pſonarum aut nationū acceptione habita: ad imitationem Saluatoris ꝗ ad apoſtolatū uiros ex oī natione delegit. Irent ipſi & bono animo eſſent Arbitrarenturq; ſe nil acturos quod nō totū ad honorē dei: ad utilitatem eccleſiæ Romanę totiuſq; chriſtiani populi pertineret. Diſpoſito deinde apud ſanctū Petrum conclaui collocatiſq; in Vaticano militū ſtationib9 ne tumultu aliquo tāta electio impediret: Vbi de ineundis ſuffragiis mētionē faciunt magna cōtētio ſubito exorta ē. Treſdecim erāt Cardinales Gallici ii pōtificem e ſuo corpore uolebāt: Quatuor erant italici quoꝝ unus ex gente Vrſina ad pōtificatū maxīe aſpirabat. Inclinabat aūt in Gallos ꝗppe ꝗ plures erant res ipſa. Sed forte fortuna inter Lemonicenſes & reliquos gallos orta diſcordia cū utraq; pars e ſuis aliquē creari uellet effecit ut Bartholomeū Barenſem archiepm̄ patria Neapolitanū uel ut alibi legit piſanū extra collegiū Cardinaliū pontifcē crearēt abſentē: quamuis Vrbanūq; ſextum appellarent. Prius tñ ꝗ̄ in publicum ꝓdirent: Scitūq; ſit Vrbanum pontificem creatum eſſe: calumniari galli electionē illam fraudibus & metu extortum inſtantibus Romanis ui & armis ut Italus aliꝗs crearet. Cardinales aūt e conclaui prodeuntes partim in Hadrianı molem partim uero ad montana loca confugere imperium populi furentis uitaturi. Seceſſit & ad Vicouarum cardinalis Vrſinus in tanta diſcordia magnam ſpē cōſequēdi pontificatus collocans. Veꝝ non ita multo poſt cardinales pœnitentia ducti ad urbē uenere: Vrbanūq; ante electū cōfirmarūt conſalutarūtq;: ut ueꝝ pontificē decebat. Poſt menſem uero tertiū in calores urbanos galli culpā reiicientes a pontifice petūt: ut ſibi ꝓficiſci Anagniam cū bona eius uenia liceat aerem mutaturi peſtilentē ęſtate p̄ſertim maxime uero gallis. Sed re uera ſeueritatē urbani ueriti abiere. Nā ſemel atq; iterū eos ad ſe uocatos admonuit ut manus abſtinentes haberent: non dona aliqua nō munera acciperent: dū cauſas agūt: dum patrocinium ſuum beneficia petēti p̄ſtant. Interminatuſq; ē ſe acerrime punituꝝ in ſimonia dep̄hēſos aut iniuſtas cāſ fouētes. Prętcrea uero oñdit ſibi placere: & ita uelle ut pōpam dimitteret tantamq; familiariū turbam & equoꝝ. Cum id qd' in tales ſumptus cōſumerent eccleſię Romanę pnitioſos paupib9 & reſtituēdis corruentib9 baſilicis deberet. Se deiceps bonoꝝ delectū habituꝝ dicebat affirmās malos ſuoꝝ flagitioꝝ pœnas laturos niſi ſniam mutarēt. Et ꝗa ſentiebat Cardinales gallicos de reditu curię Romanę in ꝓuinciā ſuā aliqñ mētionē facere: Apte oñdit ſe Romę manſuꝝ: neq; cuiꝗ̄ ſuadenti ut inde abiret obtēperatuꝝ: ꝙ diceret fundamentū uniuerſalis eccleſiæ fideiq; xp̄ianę Romę iactū & auctū ad culmē eſſe. His itaq; rōnibus moti cardinales Gallici & hi maxime ꝗ theſauros eccleſiæ in morte pōtificū expilauerāt: qq; ꝑ arbitrio ai ſui oīa prius agebāt: Anagniā primo mox fundos confugere: ubi primo in Vrbanū ut falſū pōtificē iuecti ſunt: ꝗ dicerēt hoīem ui creatū ui ēt coronā pōtificatus accepiſſe: cū electio illa & coronatio ī loco minime tuto ſit hita ī qua liberę deberēt eē hoīum uolūtates libera ſuffragia: cū cōtra ipſi a po. Ro. coacti ſint italicū potiuſꝗ̄ gallicū eligere. Has aūt ob cāſ ſede uacante ut ipſi dicebāt octo nāq;: erāt Ioanna regina fauente: Gibēnenſem Cardinalē ꝗ añ legat9 in Italia fuerat pōtificem deligūt: eiq; Clementi ſeptimo indita appellatio ē. Hic magna diſcordia in eccleſia dei orta: & diuturna quā Sciſma uocant: cum pars chriſtianoꝝ pricipum Vrbano pars Gebennēſi faueret. Neq; hoc malo cōtēti ſeditioſi Cardinales: Britōes ꝗ multa ecclię caſtella multas urbis uillas iā diripuerāt arceſq; occupauerāt ī pōtificē & Romāos mittūt.

Funda crearunt

Clementē .vii. Pontificē deligunt

Sciſma

Britones

Ad pontem Salarũ Romanus populus hoſti incõpoſito agmine obuiã factus ſupera
tur & cædit̃: Veꝝ cũ poſtea apud Marinũ pugnam magna aiorũ cõcitatione iniiſſent
adeo Britones cædunt ut uix nuncius tantæ cladis ſuperfuerit. Qui in arcibus erant ſe
aliquãdiu ac ſuos tutati ſunt. Maxime uero arcis Surianæ p̃fectus qui poſt multos an
nos Martino põtifici deditionẽ fecit. Interim uero Genuẽſes odium qd' in Venetos mẽ
te cõceperant oñdunt aſcito in ſocietatẽ belli Lodouico Vngariæ rege Franciſco Carra
rienſi patauino domino: Auſtrię duce: Patriarcha Aquileienſi. Sentiebant tum cũ Ve
netis Perinus Luſignaneus Cypri rex & Bernabos Vicecomes. In primo aũt cõgreſſu
nauali p̃lio ſupiores Veneti fuere: In littore Antiatũ uictore Piſano claſſis præfecto: ex
decẽ nãq; Genuẽſium triremibus quinq; amiſſæ ſunt. Tũ uero marchiones Carretĩ ad
iuuãte Bernaboue albingaunum quod nũc Arbnigã uocant: Naulũ: & caſtrũ frãcum
de Genuẽſibus occupant. Veꝝ nõ ita diu in gratiã cũ Genuẽſibus redeuntes oĩa reddi
dere. Genuẽſes p̃terea coniecto in carcerem Dominico Fregoſo duce eiuſq; fratre petro
& Nicolaũ Cualchũ ducatui & Lucianũ Auriã claſſi maritimæ p̃ficiunt. Bernabos ue
ro q̃ filiam regi Cyprio in m̃rimoniũ collocauerat: eam cũ duodecim triremibus ſex ca
telanis & totidẽ Venetis honorifice ad maritum ĩ Cyprum miſit: q̃bus triremibus Pe
rinus deinceps terra mariq; Famauguſtã oppugnat: ſed fruſtra: acriter q̃ in p̃ſidio erãt
urbẽ defendentibus diſiectaq; ẽt uentis & p̃cellis claſſe. Nõ ceſſabant hinc Veneti hinc
Genuẽſes maria ipſa tũ infeꝝ tum ſupeꝝ uexare. Nã dum Karolus Zenus claſſis Ve
netæ præfectus tyrenũ mare Genuẽſibus infeſtũ reddit: Lucian9 auria hadriaticũ cum
magno Venetorũ detrimẽto diſcurrit: ab Iadera ubi ſtationes habebat in Venetos mo
uens. Iadera nãq; regis Vngariæ erat. Ob hanc aũt iniuriam cõmoti Veneti cũ allicere
ad certamẽ Lucianum non poſſent Catarum & Sibinicũ ipſius regis oppida incẽdũt.
Interim uero mortuo Galeatio Vicecomite anno domini Milleſimo.ccclxxix tota fere
Inſubria ad Bernabouẽ inclinatura uidebat̃: qua ex re maximam uoluptatẽ cœpere Ve
neti ſed fruſtra. Nam & dimidia pars regionis primo deinde tota Ioãni Galeatio nepo
ti obtigit. Lucianus ãt Genuenſium pręfectus polam mouens claſſem Venetoꝝ ĩ por
tu ipſo ſuperat: & capit. Veꝝ dum incaute nimium in hoſtem fugientẽ ruit lancea trãſ
fixus morit̃. Vtraq; claſſis & uictrix & uicta Iaderam perducit̃: quo ſtatim Genuẽſes
Petrum auriã in demortui fratris locum miſere cũ triremibus nouẽ aliiſq; nauigiis com
pluribus: qui uictoriam fratris recẽſens ad duo millia captiuoꝝ inuenit: deprehenditq;
multos in prœlio & in undis periiſſe. Oppugnabant̃ & terra Veneti a carariẽſi eiuſq;
ſociis quos antea cõmemoraui: Quibus Veneti albricũ Barbianũ cunii comitẽ egregiũ
copiaꝝ ducẽ oppoſuere. At Petrus auria Genuenſium pręfectus ſexaginta triremiũ to
tidemq; nauigiorũ comparata claſſe Venetias cõtendens Gradũ comaclũ caprulas ui
captas incendit. Inde uero clugiã mouens a p̃ſidio ueneto aliquandiu egregie defenſam
tãdem eam ui capit Patauino tyrãno cõmeatum ſubminiſtrãte. Cecidiſſe ea oppugna
tione ad ſex millia hoĩum conſtat: & ad noningẽtos & quinquagita ex Venetis captos
Iaderamq; miſſos. Muliebri tñ pudicitię in tanta clade ignotum eſt. Fracti aũt tãta ca
lamitate Veneti cum nec terra nec mari auxilia ſperarẽt: Captiuis genuẽſium e carcere
liberatis eiſq; clugiam ad pręfectum Genuenſium impetrandæ uenię cauſa miſſis pacẽ
petiuere: eas accepturi leges quas uictor impoſuiſſet. Genuẽſes uero ſup̃bia elati ut ui
ctores facere conſueuerunt Venetos reiiciunt niſi ſe ac ſua oĩa dedentes: Qui ad tuen
dam patriam conuerſi deductis ante portus fauces catenis ferreis diſpoſitiſq; in litto
re portus tricentis equitibus totidẽq; peditibus ad unũ aliquẽ ex ciuibus ſuis reſpiciunt
quem

quem bello preficerent. At uero dũ fluctuarent in tanta perturbatione quẽ potiſſimũ
deligerent incerto auctore uox audita eſt unicũ uictorẽ Piſanũ: Qui Genuenſes optiẽ
noſſet idoneũ eſſe q̃ tantę rei perficeretur. Nõ eſt audita temere ea uox quaſi auſpicato
emiſſa ad carcerẽ cõcurrũt oẽs (eo.n. deductus fuerat ob rẽ male ad polã geſtam) edu
ctumqꝫ bello maritimo ſolum ꝓficiunt. Iſtabant Genuenſes & captis circũquaqꝫ caſtel-
lis ingredi urbẽ parabant quos poſt lõgam pugnam Ioannes Barbadicus armatus lem
bis quibuſdã ꝑfacile repulit cũ progredi ulterius in eſtuariis illis triremes Genuenſium
nõ poſſent. Hac ẽt arte Barbadicus uſus eſt iuenta tũ primũ a quodam theutonico bõ
barda fuit a ſono & tonitru ſit dicta: nulla erat ſcapha uentoꝝ nullus lembus q̃ nõ du
as bombardas & eo amplꝰ haberet q̃bus multi Genuenſes ut a re inſolita nec ad ꝑcauẽ
dum ſcita opprimebantˀ. Singulę.n. bombarde uno ictu binos ternos ue plerũqꝫ neca
bant cũ preſertim in triremibus declinare ictus ut in terra non liceat. Adhortabantˀ ãt
Veneti bernabouẽ Vicecomitẽ ſocium & amicũ ita Genuenſes bello ꝑmere ut obſidio
ne tã graui liberarentˀ: iam.n. comeatibus carebant. De Venetis tũ q̃dẽ actum fuiſſet ſi
ut carrariẽſis admonebat Genuenſes cauiſſent ne comeatus mari Venetis ĩportari poſ
ſent. bernabos autẽ Venetis aliqua ex parte ſatiſfacturus. exercitũ ſuum in Genuenſes
mittit: q̃ uallem Pulcepherę depredatus: acceptiſqꝫ decem & nouem millibus numum
auri omiſſis Genuenſibus auro cũ Bernaboue nõ ferro decernentibus. Onuſtus ꝓda in
inſubriã rediit. Nõ eſt uſus ea fœlicitate aſtorgius Fauẽtinus eo cũ equitatu a Bernabo-
ue miſſus: Vrbi.n. appropinquans ab erumpente populo Genuenſi fũditur fugaturqꝫ
ęgre quidẽ Aſtorgius euaſit ruſtico cucullo indutus. At callo Ioãnes ĩperator græcoꝝ
cũ Venetis ſentiẽs peram genuenſium conſtantinopoli uicinã oppugnare adoritˀ: Vi-
debat.n. Genuenſes pluribus bellis & quidẽ grauiſſimis implicitosˀ. Sed Andronicus
eius filius patri ac Veneto æque hoſtis: Thurcoꝝ Bulgarorũqꝫ pręſidiis & ſocietate fre
tus eam acerrime defendit: eoqꝫ terroris patrem deduxit ut in ꝑtes genuenſiũ ſtati tran
ſiret. Interim uero Vrbanus nõ ĩtentus cõponẽdę paci ĩter xp̃ianos ut par erat ſed iniu
rias a Ioanna regina acceptas ulciſci cupiẽs Lodouicũ Vngarię regẽ ĩpulit ut andreaſii
fratris morte ſe adiuuante ulciſcereturˀ. Qui Karolum filium in Taruiſinis contra Venetos
dimicantem in Ioannã cõcitãs res Venetoꝝ ꝓpe afflictas meliuſculas fecit. Suꝑuenit
& karolus Zenus Venetꝰ uir bello nauali egregius: q̃ deꝑſſis duabꝰ honorariis nauibꝰ
ante portũ Clugienſem eo neceſſitatis genuenſes perduxit: cũ educere naues ſuas non
poſſent Clauſis reliq̃s hoſtiis: ut ipſi obſidentes q̃ obſeſſi maiore rerũ oĩum penuria la-
borarẽt. Sed nihil æque genuenſes afflixit q̃ Petri aurię mors ictu bõbarde ĩterfecti dũ
munimẽta Clugię acriter defendit in cuius locũ Mattheus ruffus ſtati ſuffectus dũ clu
giã peteret cũ nouis triremibꝰ apud Mãfredoniã Thadeũ Iuſtinianũ cũ ſex triremibꝰ
annona Honuſtis capit. His uero cladibꝰ Agapitus Cardinalis colũna & genuenſes
& Venetos ſepę ac fruſtra ad pacẽ adhortatus eſt. Sed ii de uita & ſãguie non de ĩperio
inter ſe dimicãtes ſanis bene admonẽtiũ cõſiliis nuſq̃ obtẽperarũt. Poſtremo itaqꝫ Ge-
nuẽſes clugię obſeſſi cũ erũpere nõ poſſent ꝑmẽte Veneto habere ue cumeatus nequi
rent a Mattheo ruffo patauinoqꝫ dño q̃ id ſe facturos breui pollicebantˀ: deditionẽ fe-
cere klẽdis Iulii Milleſimo.ccclxxx. Capti ſunt ea deditione ex hoſtibus ad q̃ttuor mil
lia tricẽti & q̃draginta: plures ãt fame & ferro ĩ oppugnatiõe periiſſe cõſtat. Nõ geuere
tñ tãta accepta clade Genuẽſes q̃ cũ triremibus octo & triginta Tergeſtinos deficere a
Venetis ad patriarchã Aquileienſem cõpulere cœpere & Iuſtinopoli excepta dũtaxat
arce. Aucta deĩde claſſe Venetias iterũ cõtẽdũt: ſed cũ nemo ad certamẽ ꝓdiret in Iſtri

am redeuntes Polā urbē ui captā icendūt. Multę utrinq; cædes inuicē acceptę dataq;
ſunt ueneti tñ bello terreſtri a carrario opprimebanť. Licet Iacobus caballus ægregius
copiarꝫ dux eos acertime tutareť: dū Taruiſiū oppugať: qđ fame in hoſtiū ptāte ſere
uenerat. Verū cū feſſus & deſatigatus iā uterq; populus tā diutino & atroci bello eſſet:
Dux Sabaudiæ pacē inter eos hac formula cōponit octauo Kaľ. ſeptembris Milleſimo
ccclxxxi. Vt regi Vngarię decio quoq; anno Veneti ſeptē milia numū aureorꝫ pſolue
rent. Si nullū piratam in ſuis Dalmarię locis tutū eē patereť: ſiq; nulibi ſalē fieri ſineret
Vtq; patriarchę Aqleiēſi in foroiulio eadē maneret condirio q̄ ante bellū fuerat. Vene
tis āt & Genuēſibus īperatū: ut captiuos alterrutrū īcolumes dimitterēt: de pda utriq;
capta nulla mētio. Mādatū Patauio ut ab obſidiōe Taruiſii recederet: utq; arcēs & tur
res in ſtagnis & ad fluuiorꝫ hoſtia excitatas ſtati demoliretur. Termini inter uenetū &
Patauinū poſiti. Interea uero karolus quē diximus a pōtifice ex Vngaria cōtra Ioannā
accitū cū octo milibus eqtū in Italiā ueniēs Aretiū prio in ptātē ſuā ſuā redegit Guel
phorꝫ & Gibellinorꝫ ſeditionibus diu agitatū. Inde uero in Florentinos mouēs a Ioāne
haucut q tū ſtagię erat ppelliť. Sed Florētini ueriti ne ſuſtinere tāti regis īpetū nō po
ſent pacē a rege datis q̄dragita milib9 numū auri redimūt: haucutq; ſine ſtipēdio dimit
tunt: q Bagnacauallū Nicolao Albertoq; Eſtenſibus uēdidit: quo facilius retiere Fauē
tiā in ptāte ſua poſſent: quā tñ haud ita multo poſt amiſere Aſtorgio Māfredo eā qdē
pditiōe adepto. karolus uero ſalutato Romę urbano regnū īgreſſus ſupatis ēt Ioannę
ducib9 Neapoli dedētibus ciuibus capit. Obſidebať in caſtelo nouo regina cū aretini
Guelphi tumultu excitato Iacobū carazolū Neapolitanū ciuē eo a rege miſſum fugere
in arcē cōpellūt. cōfugere eo & gibellini qbus certe uir equus nō magis q̄ guelphis cōſu
lebat. Volebat. n. oia pari iure in ciuitate agi: Accito itaq; ob acceptā iniuriam Alberico
barbiano e tudertinorꝫ finibus urbē ingreſſus dū guelphos ad officiū redigere conatur
Gibellinorꝫ quoq; bona diripit. Ferrabac āt alter copiarꝫ dux Albricū ſecut9 qđ reliquū
ſupfuerat in Aretio abraſit. Dū hæc ad neapoli & Aretiū agerenť noua belli nubes Ita
liā inumbrauit. Nā Lodouicus Andegauēſis a regibus Francorꝫ originē ducēs Italiā in
Lodouic9 andegauē ſis a clemēte antipapa
greſſus cū trigira milib9 eqtū nō lōge a Bononia cōſederat: a Clemēte antipapa īpulſus
nō tā ut reginā Ioannā obſeſam liberaret: q̄ ut Vrbanū armis pōtificatu deiiceret. Hāc
ob rē Karolus omiſſo Aretio Albricū & Ferrabac ad ſe uocat. Florentini quoq; Ioannē
haucut rogatu Vrbani ad Karolū miſere Lodouicus āt p marſos iter faciēs ad caſinen
ſem ſaltū iā puenerať. Adhuc. n. ad duodeci millia eqtū expectabat: q italiā igreſſi duce
Andegrani p placētinū Lucēſem Florētinū Senēſem agrū iter facientes Aretiū iā pue
nerāt: urbēq; a Guelphis introducti poſt illatā ab albrico cladē diripuere. Defendebať
arx guelphorꝫ pſidio q̄ diebus quadragita oppugnata in gallorꝫ ptātē ppediē uentura
erat. niſi Lodouici Andagauēſis mors iteruēiſſet. Tū Adegranius re cognita hortanti
bus Aretinis in arce obſeſſis urbē Forētinis uēdidit: in galliaſq; rediit. Andegauēſes aūt
militas morte ducis cōſilio carētes bini terni ue mendicātes ēt i pꝛiam rediere. Tū uero
urban9 terrore gallico liberat9 Neapoli ſe cōferēs a rege petit: ut ſibi liceat creat nepotē
ſuū cāpanū pricipē: qđ cū ipetrare nequiſſet hō ſub ſpecie iuſti & honeſti minus urba
nus ac nulli grat9 ad minas cōuerſus: eo iracūdiæ regē cōpulit: ut cuſtodiis adhibitis p
aliquot dies pdire in publicū nequerit: Verꝫ diſſimulata ad tps iniuria Nuceriā ad uitā
dos ęſtus ut ipe dicebat cū bona regis uenia pfect9 cōmunitaq; firmis pſidiis urbe & no
uos Cardinales creat & ſeptē ex ueterib9 in carcerē conicit: q diceret eos cū rege & anti
papa cōtra ſe cōiuraſſe. Preterea uero & pceſſū ut iſtorꝫ more loquar cōtra regē incoha
uit: miſſa

uit miſſa de more citatiõe: q breui ſe uētuꝝ nuceriã rñdit diluiturũq; obiecta crimia nõ uerbis mõ ueꝝ ēt armis. Nuceriã itaq; cũ ſatis magno exercitu ueniēs urbē obſidet. mo t9ãt hac īdignitate Raimũd9 balcian9 e gēte urſina cõitis Nolai fili9: q poſtea tarentin9 prīceps ē hit9 ſuis copiis fret9 q̄s ſub rege ductauerat Vrbanũ cũ tota curia ad ꝓximũ littus deductũ Genueſiũ triremib9 ad id īſtructis paratiſq; īpoſuit: qb9 dũ genuã põti fex deferꝫ ex ſeptē cardinalib9 nuceriç captis qnq; ſaccis īuolutos ī mare demerſit. At uero morto Lodouico ungarię rege ꝓceres ungari Karolũ ſtatī p legatos accerſunt: q eo ꝓfectus dũ cõuētũ ad res cõponẽdas celebrat curãte regia q odiũ diſſimulauerat ob trũcatꝰ: Anno milleſimo: ccclxxxv. Quo tpe Ioãnes galeatius bernabouē uicecõitē: cui erat ex frē galeatio nepos captũ ī carcere modoctię conicit ac cõiectũ uſq; ad morte deti net. eiuſq; ditiõe potiꝫ. prius. n. dũ pīmoniũ diuidũt papia uercelle nouaria dertõa ale xandria &c. ad apeninũ alpeſq; pertinētia Galeatio: placētia uero Cremõa parma lau da Brixia & bergomũ Bernaboui ſorte obtigerãt. Mediolanũ ãt utriq; cõe erat. At urba nus circũacto anno quo ſe Genuã cõtulerat ītelligēs eccliaſticas ciuitates a Flōrentis ad libertatē ut antea īcitari Lucã prio mox Senax & peruſiũ puenit. Cõfirmatis deide ad uentu ſuo ciuitatibus deſiderio ut ipē dicebat uidēdi neapoli ferētinũ uſq; ꝓficiſciꝫ. Ea mēte re uera ut Ladiſlaũ admodũ puerũ & Ioannē karoli filios hereditate pīna detur bare. Multi. n. ꝓceres Lodouico Andegaueſi ſtudere ſoliti potiũdi regni ſpē ei pſtabãt Sed magna uſi fide Caietani pueris ī uita retētis regnum quoq; cũ ſũma laude ſeruaue rũt. Põtifex itaq; re īfecta Romã rediēs cũ magno apparatu honoreq; pluſq; dici põt a po. Ro. in urbē ſuſcipiꝫ licet haud ita multo poſt a Bãdereſiis īſidias ꝑpeſus ſit quas certe oio deuitauit & ſuſtulit creatis una die. xxix. & Cardinalib9 quoꝝ de numero Ro mani tres ſũt hiti. Reliq uero fere oēs Neapolitani fuere. iterea uero Antoni9 Scala ue rõnēſis & frãciſcus ſenior patauin9 dñs grauiſſimo iter ſe bello cõtēderꝫ: Ioãne Vbaldio carrarii: & Ioanne ordelapho ſcaligeri copias ducētib9: Verũ galeati9 uicecomes inſti gãte carrario ſupatis ſcaligeris Verõa Vicētiaq; potiꝫ. Neq; ſi qdē cõtēt9 Galati9 paucoꝝ mēſiũ obſidiõe Patauiũ capit. ac Frãciſcũ Carrariũ in carcerē modoetianũ conicit. Eius uero filius Frãciſcus iunior fuga ſalutē ſibi q̄ſiuit. florētini quoq; augēde ditiõis cupidi. policianũ Lucinianũ oppida ex ueteri Seneſiũ dñatu arte magis q̄ uirib9 ī ꝑtãtē ſuã re degerꝫ ꝑterea uero karolũ bernabouis filiũ & Antoniũ ſcalã cũ qnq; milib9 eqtũ in agrũ ſeneſem hoſtili aio īmittũt. Hãc ob rē Galeati9 motus legatos ad Florētinos mittit qui ſuo noie cõquerantꝫ karolũ Vicecomitē & Antoniũ ſcalã hoſtes ſuos a pplo Florētino quo cũ ipē pacē antea inierat & foedusꝫ mercede cõductos eē uexariq; ab eis bello Senen ſes amicos & ſocios cõtra ius faſq; legatis itē mãdatũ ē ut niſi ab iniuria ſeneſiũ diſcede rēt exauctorarētq; ſuos belli duces Florētino pplo bellũ īdiceret: quo min9 uero id ſteti Galeati9 feceret petri gãbacurtę Piſanoꝝ tyramnõ pcib9 fcm̃ eſt q Galeatio & florētinis amic9 rē iter utriq; cõpoſiturũ ſe ꝑdicabat. Interi uero Vrbanus põtifex põtificatus ſui īfoeliciter acti anno. xi. mēſe. viii. Romę moriꝫ: Sepelliturq; in bti Petri baſilica paucis admodũ eius mortē utpote hois ruſtici & īexorabilis flētib9 Huius ãt ſepulchrũ adhuc uiſitur cum empitaphgio ſatis ruſtico & inepto.

Vrbanũ cum tota curia in mare de merſit

Vna die nouem & uiginti car dinalibus

Patauium capit

BONIFACIVS .VIIII.

BONIFACIVS Nonus patria Neapolitãus Petrus cognomīto To macellus antea uocat9 Romę cardinaliũ oiu cõſenſu põtifex creatꝫ: An no dñi Milleſimo. ccclxxxix. Hic & ſi annoꝝ circiter trigita eſſet dũ põti ficatũ iniit. ita tñ deiceps uixit in tã Florida etate & tãta petendi licentia: ut nulla ei libido nulla uoluptas impingi uel obici poſſet: iuuētutē certe

Hic & ſi annorum circiter tri gita eēt

cum ipſa ſenectute cõmutaſſe uidebat: Fuit pterea tanti aĩ conſiliiq; ut primus populi Romani uim oẽm in põtificem traſtulerit:creatis ſuo nutu magiſtratibus oibus:munitaq; ſancti Angeli arce ĩ mole Hadriani ſita ad tyberis põtẽ quo ab urbe in uaticanũ itur. Munitiſq; itẽ pontib9 qb9 in trãſtyberi Romani cõmeãt. Vep dũ Bonifacius.ix. adhuc in põtificatu eẽt:Galeatius Florẽtinos & Bononiẽſes bello aggredit:Ioãne ubaldino & Iantedeſco petramala copiap ſuap ducib9 q uallẽ arni ſupioris ingreſſi oĩa longe ac late populabant. Iacobuſq; Vermes Bononienſem agrũ ſuo noĩe ingreſſus ciuitati quoq; multa dãna intulit. Tũ uero Florẽtini ad pcauenda mala ſoliciti: & Ioãnẽ haucut & Karolũ Bernabouis filiũ & Antoniũ Scalã cũ qttuor eqtũ peditũ duob9 milib9 Bononiẽſib9 ſociis & amicis auxilio miſere. Solicitare pterea lris & nũciis Stephanũ Bauariæ ducẽ ad quẽ Frãciſcus Iunior cõfugerat: & Iacobũ Armeniaci comitẽ magna mercede cõductũ:ut ĩ Italiã cõtra Vicecomitẽ deſcẽderet: eũq; a ceruicib9 ſuis ad ppria tuẽda auerteret. His cohortatiõib9 mot9 Frãciſcus iunior mutata ueſte fauẽtib9 Venetis ſecreto tñ Patauinũ ĩgredit urbeq; potit: ſubſecut9 uero Bauariæ dux urbẽ igreſſus oppugnare arcẽ nõ deſtitit. Veronẽſes ãt hap rep pmutatõe moti pulſo Vicecõitis pſidio Antoniũ ſcalã ad ſe uocãt q fere his dieb9 ĩ hetruria mortu9 erat relicto unico filio ĩ prima pueritia adhuc ſupſtite: q qdẽ re cognita penitẽtia ducti: ĩprimis Vgolotũ blãcardũ q ĩ Cremonẽſi agro cũ exercitu galeatii erat ad ſe uocãt ĩpetrata prius errati uenia: pſolutiſq; aliquor millib9 numũ auri ad redimẽdã tãti erroris culpã. Ingreſſus urbẽ blãcard9 retinere milites a direptiõe tã opulẽte urbis nequaq; potuit. Vxor uero Galeatii tãtæ ciuitatis calamitatẽ miſerata triduo poſt militib9 direptionẽ ĩhibuit. At dux bauariæ conqſtus ſe mercede a Florẽtinis defraudatũ ab oppugnatiõe Patauinæ arcis ĩ Germaniã diſceſſit. Tũ Florẽtini pbẽte aditũ Alberto Eſtẽſi q iã pridẽ ab amicitia galeatii diſceſſerat Ioãnẽ haucut carrariẽſi ſocio auxilio miſere cui9 fortitudiẽ & ęſtu arx patauina ĩ deditionẽ breui recepta ẽ Vñ Galeatii copię q̃ eo recupandę urbis cã uenerãt in Vicẽtinos receſſere. Deſcẽderat iã tũ ẽt comes Armeniaci a Florẽtinis mercede cõductus p Taurinos ĩ Italiã cũ uiginti millib9 eqtũ caſtellatiũq; ĩ Alexãdrinis ui captũ diripuerat. Quare galeatio neceſſe fuit copias ſuas e uincẽtinis reuocare: qs hoſti opponeret. In ſuburbio alexãdrino cõſederãt Mediolanẽſes: ĩ quos delati Armeniaci ſine ullo ordiẽ excidiũ ipſis militibus & ciuib9 minabant: pugnatũ ẽ p portis aliquãdiu: & ab Italis tã diu ptracta pugna ẽ donec ſui quos circũacto itinere ad carpẽdũ extremũ hoſtiũ agmẽ miſerãt nil tale opinãtes aggrederent. Dũ pugnat ſupuenere illi: atq; ita a tergo a laterib9 a frõte cęſi pri9 pene oppſſi ſunt ĩgẽti cęde. oppidanis ẽt ſupueniẽtib9 q̃ diſcrimẽ in qd delati fuerãt cognouerit. Comes ipſe armeniaci tãti exercit9 dux capt9 ex uulnere ĩ plio accepto ſtatim morit. capti & Rainald9 Ianfigliãtius & Ioãnes rici9 Florẽtini eqtes q armeniacũ ĩ Italiã duxerãt. tũ uero galeatius tãtã uictoria fret9: ptẽ copiap ĩ haucutũ mittit q ea mẽte Ateſim & minutũ traiecerat ut ſecũ armeniaco cõiũgeret: uep haucut9 re cognita quãta maxiẽ celeritate potuit in patauinos mouit nõ paucis ſuop ĩ itinere amiſſis ob deriuatas paſſim a ruſticis aquas ne redire hoſti ĩpune liceret. at Florentini bello pſſi a Iacobo Verme q eo a Galeatio cũ duodecĩ milib9 eqtũ peditũ qttuor miſſus fuerat haucutũ reuocãt: q hoſtes Florẽtinop qb9 par eẽ apto marte ñ poterat miris artib9 Iudificat9 ẽ. Interi uero hortãte Bonifacio põtifice & antonioto adurno Genuẽſiũ duce pax æqs cõditõib9 iter Galeatiũ & Florẽtinos Genuę cõpoſita ẽ. Sed dũ unũ icẽdiũ extiguit alterp exardeſcit. Nã & Frãciſc9 cognomẽto uicus urbis pfect9 Viterbiũ põtifici pditiõe abſtulit: & Petr9 gãbacurta Piſap dñs a Iacobo appiano publico ſcriba: & oium cõſiliop ſuorũ participę cũ filiis occidit: ipſeq; Appianus dñatu potit. Mortuo ãt Alberto Eſtẽſi

Patauinũ ingreditur

Arx patauina

Comes armeniaci moritur

Petrus gãbacurta occiditur

Accius & ipſe Eſtenſi familia ortus iã pridẽ pŕia pulſus adiuuãtibus cunii comitib9 re
dire i pŕiam inſtituerat. Sed tutores nicolai pueri alberti filii ſumptis armis acciũ Ferra
ria ſũmouẽtes Lucũ & cõſilice oppida Ioãni cunio ꝓmiſere ſi acciũ interficeret. tũ Ioan
nes cõpoſita fallacia uiꝝ accio ꝑſimilẽ iterficit: & acceptis oppidis ueꝝ acciũ i publicũ
ꝓducit. Nõ cõmiſiſſet tm̃ facinus Albricus ex eadẽ familia ortus cui plus Itali dñt q oi
bus ducib9q tũ fuere. Prim9.n. docuit Italos bella gerere iã pridẽ arma ferre deſuetos:
qb9ſe deiceps ab iteſtino externoq; hoſte tutati ſunt. Prius.n. ſiqd gerere Itali uel iter ſe
uel i barbaros uoluiſſent accire externũ militẽ opus erat: Sed tãta militũ copia hoc du
ce breui ſuborta ẽ: ſub uexillo ſcti Gregorii ut & Britões q ꝓuiciã nr̃am & eccľiæ caſtel-
la tuerterãt: theutonicos anglicos poſttemo oia uaſtãtes Italia expulerit: hic Brachiãi
& Sfortiani milites originẽ hũere: quoꝝ armis Italia apud exteros tm̃ nois cõſecuta ẽ:
ut aut exteri timore ꝑculſi qeuerit: aut aditũ ad nos tẽtãtes magnis cladib9 ſupati ſint.
Interea uero mortuo Clemẽte. vii. adulterino põtifice i ei9 locũ a cardinalib9 tãti ſciſma
tis auctorib9 Petr9 luna Bñdict9. xiii. appellat9 Aueniõe ſufficit. Succeſſit tũ ẽt karolo Petrus lu
ĩpatori Romão Vẽceſlaus fili9 a quo Ioãnes galeati9 uicecões Mediolanẽſis ducat9 ti- na
tulũ accepit: miſſo oratore Petro Philargi mediolanẽſi archiep̃o q poſtea Romanũ po Benedict9
tificatũ adept9 quitus Alexãder appellatus ẽ. Galeati9 ãt mortuo Ioãne haucut Florẽ xiii. appel
tieq; ſepulto quo uno duce i reb9 bellicis tũ maxie Florẽtini utebanť: mittere Albricũ latus
cũ ſuis copiis in hetruriã cõſtituit q Florẽtinos appianũ piſanoꝝ tyrãnũ bello laceſſen
tes i officio cõtineret. Erãt i eo exercitu Paul9 urſinus: Cecolus: Brolia: brãdolin9: Pau-
lus ſabellus: Lucas canalis: cohortiũ p̃fecti iſignes: q ſimul cõiũctis copiis aiſq; oppu-
gnare Florẽtiã adhorti ad monaſteriũ cãtuſiẽle caſtra poſuerãt: uñ crebris icurſiõib9 tũ
agros tũ ciuitatẽ Florẽtiã cõtinuo uexabãt cædib9 rapinis icẽdiis oia cõplẽtes. anno dñi
milleſimo. cccxcvii. Quo qdẽ tpe & Bonifaci9 Peruſiũ ſe cõtulit nobilitatem plebeis ra
ſpãtib9 cõciliaturus: Sed plebs p̃ſente põtifice p̃ter datã fidẽ arma capiens iterfectis ab
octuagita ex optimatib9 Biordũ & Michelottũ plebeiaꝝ ptiũ pricipes i urbẽ itromiſ-
ſos dños cõſtituũt. Indignat9 ãt ob eã rẽ Põtifex A ſiſſium petẽs ide ad ducem Galeatiũ
oratores miſit q eũ adhortarenť: ut oppugnare Mãtuã deſineret quã tũ aq̃ & terra ob
ſidiõe p̃mebat: accito i Ciſalpinã galliã ad id bellũ Albrico barbiano. hãc ãt ob rẽ ex fœ
dere Florẽtinis licuit & Venetis belli ſociis Mãtuano auxiliũ mittere: karolo malateſta
Mãtuãi ſororio tãtaꝝ copiaꝝ duce: q igẽti clade Galeatii exercitũ apd' gouernolũ ꝓfli
gauit. erat tũ quoq; i aio Florẽtinis Piſanos bello pſeq: ſed eos a tãta re auertebãt pupii
balneiq; cõites & Vbertini rebelles: Qui Florẽtinę ciuitati exitiũ minabanť: ſi i piſanos
mouerẽt. Veꝝ mortuo nõ ita multo poſt Iacobo Appião: filius Gherardus pr̃i ſucce-
dẽs: cũ retinere Piſas i ptãte ſua nõ poſſet: ob ſeditiões a Florẽtinis excitatas urbẽ ipam
Galeatio Vicecõiti uẽdidit: Plũbino oppido tm̃mõ ſibi ac ſuis retẽto Milleſimo. ccccic.
Interfecto ãt Biordo lanthedeſchi iſidiis Peruſini uidicare ſe i libertatẽ conati ſũt. Veꝝ
cũ Vgolin9 trincius Fulginas põtificis uicari9 ei9 noie Peruſiũ i deditionẽ eccľię trahere
conareť: Idignati ciues Galeatio ſeſe dedũt: q poſt mẽſes duos Bononia quoq; luca ſal
ſoq; potiť. Hic maior timor Florẽtinos iceſſit paſſim de ſe ac libertate ſua actũ dicẽtes
niſi galeati9 morte e medio auferreť. appropiquãte uero iubilei ãno legati põtificẽ Ro
manoꝝ adeũt rogãtes ut A ſiſſio Romã ꝓficiſcereť. Qui & ſi ad magnope cupet tñ diſ
ſimulato deſiderio factuꝝ ſe qd' petebãt negauit: q diceret eos noluiſſe recipe ſenatores
ex nobilitate extrema ſm cõſuetudinẽ & iſtituta põtificũ: q q; camere cõſeruatores ſuo-
pte igenio elegiſſent hoies qdẽ paꝝ idoneos & quoꝝ licẽtia Bãdereſiis oia licerẽt. tũ ue
ro Romãi ut rẽ gratã põtifici facerẽt: & Bãdereſios tollũt: & Malateſtã pãdulphi filiũ Libertas
Piſauriẽſem uiꝝ doctũ põtificis noie i Senatorẽ recipiũt: pecuniaſq; iſup bonifacio dãt pontificia

quo ei ꝓficiſci ad urbē liceret. urbē itaq; igreſſus munita mole Hadriāi ut antea dixim9
mœniis & turrib9 dn̄atu urbis ſenſim potit9 ē. celebrato deīde Iubilei. anno milleſimo
.cccc. q° īnumera fere hoīum m̄titudo ad urbē religiōis cā uenerat: Florētini galeatiū a
ceruicib9 ſuis auertere cupiētes: Robertū bauariȩ ducē quē impii electores abrogato ob
ignauiā uenceſlao Boemo delegerēt ac cōditōe ī italiā uocāt: ut nō prius ꝓmiſſā mercedē
accipiat: q̄ uicecōitis ducatū attigiſſet: q Brixianū agrū ad benaciū igreſſ9 pte pecuniaꝝ
accepta cū Galeatii copiis cōgrediēs ſupat: ac tridētū fuga petit. retiere hoīem ueneti
& florētini multa polliciti quo mīus ī germaniā rediret nequaq̄ potuere. tū uero bōifaci
us ſiue uicecomitū potētiā uerit9: ſiue augēdȩ ditiōis eccl'iaſtice cupidus: annatarū uſū
uſus annatæ bn̄ſiciis eccl'iaſticis primus īpoſuit hac cōditione: ut q bn̄ficiū cōſeq̄ret dimidiū annui ꝓ
uent9 ſiſco apoſtolico pſolueret ſūt tn̄ q hoc īuētū Ioāni. xxii. aſcribāt. Hāc āt cōſuetu-
dinē oēs admiſere pter Anglos q id de ſolis epātib9 cōceſſere ī cȩteris bn̄ficiis nō adeo cō
firmata hoc mō pecuniis arce magiſtratib9 ſuo nutu ī urbe delectis ditione eccl'iaſtica
Ladiſlaus rex pōtifex: Ladiſlaū adoleſcētē karoli Neapolitāi regis filiū ī regnū p̄nū reſtituit a tyrā-
nis & pplis occupatū: q lodouici Andegauēſis ptes ſecuti fuerāt: quo āt facilius & hōe
ſtius id fieret priuationē karoli ab urbāo. vi. Nuceriȩ factā abrogauit Cardialēq; Florē
tinū caietā miſit q̄ ſola in fide remāſerat: ut eo loci adoleſcentē coronaret: ubi ſūma cū fi
de ſeruatus fuerat. uicecōes aūt redeūte in germaniā īpatore Roberto: copias ſuas Al-
brico duce ad opprimēdū Ioānē bentiuolū miſit: q bononiēſē urbē in ſuā redegerat po
teſtatē pulſo uicecomitū p̄ſidio. militabāt tū ī exercitu Galeatii Frāciſcus Gōzaga cōpo
ſita iter eos pace: militabat pādulphus malateſta karoli frater Aderat & Ottobon9 ru
beus parmenſis ciuis quoꝝ noibus pterriti Florentini bernardonē copiaꝝ ſuaꝝ p̄fectū
bononienſib9 ſociis auxilio mittūt: cuius aduētu Bononiēſes aīs aucti hoſti mœnib9 ap
propinquāti occurrere audēt: quo p̄lio ſupati oēm eq̄tatū cū bernardōe in ipſa pugna in
terēpto amiſere. Capt9 ēt eo p̄lio Iacob9 carraria Frāciſci Gōzagȩ pcib9 cōſeruat. Auſu
gerat tū cū paucis Bentiuolus in urbē quā dū acriter nimiū tutat in globū incidens cū
uiuus capi nō poſſet obtrūcat. potit9 itaq; deīceps nullo reſiſtēte bononia Galeati9 ma
gnū terrorē Florētinis iniecit. eo. n. ſe belli motuꝝ oēm belli īpetū oñdebat. Veꝝ mor-
Mors galeatii te adiuti: ut ipſi optabāt nō ita multo poſt tāto metu liberati ſūt. mortuo āt ex febre Io
anne Galeatio apud meregnanū cū an̄ cometes tātȩ mortis īditiū appuiſſet anno. M.
cccc ii. multi repēte tyrāni oborti ſunt: aut ciuitatū ſuarū pricipes: aut cohortiū p̄fecti a
militib9 ducis ob largitiōem ad occupādas ciuitates adiuti. Oborta tū q̄dē īfinita mala
ſunt cū nemo un9 p̄eſſet q uitia hoīum īperio & auctoritate cōpeſceret. Innouata ē etiā
Guelphoꝝ & gibellinoꝝ pnitioſa ſeditio: q̄ ducētis & eo amplius annis p italiā uagata
oēs ciuitates ita ad arma ciuilia cōcitauit: ut ſirme ad internetionē certatū ſit. Nā ugoli-
nus caualcabos opp̄ſſis Gibellinis Cremonȩ īperitabat. Parmā Otto tertius iterfectis
ac pulſis Rubeis obtiebat Soardi Bergomū. Ruſcōii comū. Vignatȩ laudā. Vercellas
Alexandriā plurimaq; p eā regionē oppida Fazinus canis dux copiaꝝ egregi9 ui occu-
pauerat. omitto reliquos tyrānos a Galeatio pulſos q tū q̄dē redeūdi ad tyrānidē & do
minatū ſpē aliquā ſūpſere maxime uero Gulielm9 ſcala & karolus uicecomes bernabo
uis filius: q pricipes oēs & populos ad defectionē ſolicitabāt. hic etiā pin9 ordelaphus
p̄ria pulſus Foroliuio potit albricus quoq; cumnii cōes fauētiā bello p̄ſſā ī ſui ptātē re
degiſſet niſi a ladiſlao adhortāte ēt pōtifice ī regnū accitus ꝓpere fuiſſet: magnuſq; cōe
ſtabilis (ut coꝝ uocabulo utar creatus) miſerat & eo cū ſatis iuſto exercitu fratrē ſuum
pōtifex ut regi auxilio eſſet: q a neapolitanis repulſus Peruſiū mouēs ciuitatē ipſam in
Baldeſar coſſa ptātē pōtificis breui redegit. At Baldeſar coſſa Neapolitāus ciuis ſcti Euſtachii cardina
lis Bononiēſes aliquādiu obſeſſos redire tandē ad eccl'iā cōpulit: Bracchio mōtomo co

pias

pias eccl'iaſticas ducente:quē ut uiꝝ in re militari p̄ſtātem Albricus ī flāminea reliq̄rat
ſub eo.n.ab ineunte ætate militauerat ordineſq; duxerat. Idē ēt cōtigerat Sfortiæ e Co-
tignola Flāminiæ oppido originē ducente:quoꝝ uirtute militia Italica ita breui creuit:
ut q duce in re bellica deinceps indigerēt altero iſtoꝝ uterent̄. Hinc illę factiones mili
tares exortę ſunt ut ſexagita iá ānis nil ꝓpe geſtū in I talia ſit qđ nō alteri iſtaꝝ aſcribi
aſcribi poſſit. Qui.n.a Brachianis odprimebat̄ uiciſſimq; a Sfortianis alterā factionē
p̄cio cōducebat. Albricus āt uñ tanq̄ ex equo troiano inumerabiles belli pricipes ema-
narūt Neapoli diu oppugnatā tādē in ptātē Ladiſlai recepit : Qua uictoria moti oēs
regni pricipes ciuitateſq; ſtati in deditionē regis puenerē. At uero Ladiſlaꝰ regnādi cu-
pidus: priuſq̄ fundaméta regni Neapolitāi cōfirmaſſet accitꝰ ab Vngaris ad illud quo
regnū iure hereditario ſuſcipiédū: cū copias traiecíſſet: Iaderaniq; obſideret:certior ab
amicis fit Neapolitanos & aliquot regni ꝓceres ad defectionē ſpectare: Iadęra itaq; po
titus eadéq; Venetis diuēdita Neapoli rediit : reuocatoq; e Flāminia alberico(eo nāq;
ad ſuos uiſendos ꝓfectꝰ erat) oēs ꝓceres dñatu priuauit recuſantes āt parere e pria de
iecit. In Seuermatū uero familiā crudeliter aiaduertit primatibꝰ ipſis ultimo ſupplicio
affectis. Bonifaciꝰ āt ī tāta reꝝ ꝑturbatiōe diu afflictatꝰ dolore lateꝝ tādē morit̄ pōtifi
catꝰ ſui āno.xiiii.menſe.ix.M.cccciiii.ſepelliturq; ī baſilica petri ſepulchro marmoreo
uermiculato ope diſtincto qđ adhuc cernit̄ cū gētiliciis iſignibus. Quę itē idicāt mul- Mors bonifacii
ta ædificia tū ī mole Hadriani tū ī capitolio tū ī palatio Vaticani huiꝰ iuſſu & īpēſa ędi
ficata tū fuiſſe. Huic āt pōtifici ad ſūmā gloriā nil certe defuiſſet niſi affiniū & cognato
rū affinitatibꝰ obtēpans aliquā notā cōtraxiſſet. Multa.n.crimina ꝑ ſimoniacā praui-
tatē cōmittebant̄ petētibꝰ cōtra ius faſq; oia tū fratribꝰ tū cognatis quoꝝ magna mul-
titudo q̄ſtus gratia Romā uenerat. Indulgētiæ uero & q̄dē plenariæ ita paſſim uende-
bant̄ ut iā uileſceret clauiū & lr̄arū apoſtolicaꝝ auctoritas. Reuocare hęc oia Bōifaciꝰ
conatꝰ cognatoꝝ p̄cibꝰ eo itentidē redire cogebat̄. Vñ melius actū cū eccl'ia dei cēſerē
ſi pōtifices reiectis affinibus & cognatis uel ſaltē ī mediocri fortuna collocatis pōtificię
dignitati potiꝰ q̄ carni & ſanguini cōſulerēt. Maxie uero hoc tp̄e quo mortuo Tāburla
no q thurcos ſupauerat eorūq; regē catenis uinctū ſecū trahebat Armenios Perſas ægi Tāburlanus
ptios Aſſirios ſine gubernatoribꝰ reliq̄rat: q̄ ex re facile xp̄ianis tum fuiſſet hyeruſalē ac
ſctm̄ dñi ſepulchrū recupare. In nr̄os.n.conuerſus Albos ſuo pōtificatu nouā ſupſtitio
nē itroducētes ꝓſecutus ē. Ex alpibꝰ nāq; deſcēdiſſe ī Italiā āno añ iubileū p̄ſbyteꝝ quē Supſtitio
dā cū magna hoiūm multitudine ex p̄re meo q hoiem uiderat itellexi. Is q̄dē albo idu- alborum
tus pāno tātā modeſtiā uultu ac uerbi: p̄ſeferebat:ut ab oibꝰ ſanctꝰ hēret̄.in Italiā ita
q; deſcēdens magnā hoium ac mulieꝝ multitudinē in ſniam ſui ipſius breui deduxerat
linteis albis circūdati oēs ſiñ diſcrimie mares an fœminæ: ruſtici an ciues ſerui an liberi
eſſent: paſſim ueluti pecora ubi nox opp̄ſiſſet dormiebāt. Publice ī uicis epulabant̄ ꝑ-
latis undiq; certati q̄ſi ad ſacrū epulis. Crucifixū ſacerdos ip̄e p̄ſeferebat:quē lachryma
ri ob hoium errata dictitabat. Id quotiēs accidiſſet ſubclamabāt oēs ueniá a deo peten
tes. Laudes beatę uirginis canebāt eūtes & ſtātes hymnis ad id apte cōpoſitis.ex Ciſal
pinis āt ī Flāminiā hetruriā Picētes aucta opiniōe ſctitatis ueniēs nō plebē mō rudē &
credulā: ſed & pricipes & ep̄os ciuitatū in ſniam ſuā facile ꝑtraxit. Subſtitit Viterbii cū
magna multitudíe labore itineris feſſus. Romā ide ut ipſe dicebat ad uiſenda loca ſctā
ſanctorūq; corpa uētur9. Sed Bonifacius fraudē ſubeſſe uerituſq; diceret hoiem ſupſti-
tioſū pōtificatū: appetere adiuuāte illa multitudíe: milites aliquot p̄mittit q hoiem cō-
p̄henſun ad ſe ꝑducāt. ſūt q ſcribāt huiꝰ fraudē q̄one detectā fuiſſe : hoiemq; in tāto fa-
cinore dep̄hēſū meritas pœnas luiſſe igne.ſ.quo exuſtū ferūt. Sūt ēt q dicāt nil fraudis ī
hoie dep̄henſum fuiſſe: ſed id factū a pōtifice abolēdo rumori: quo hominem per inui

diā captū & necatū affirmabāt. Vtrū uerius ſit deus nouit. Hoc tñ cõſtat poſt tātā colluionē q̃ pti hac ſupſtitiõe pti freq̃ntia Iubilei obuenerat magnā hoium multitudinem peſtilētia cõſumptā fuiſſe. In tātis āt malis qbus ꝓuīcia nr̃a affligebat͛ unū tñ bonū ī Italiā auectū ē: ad nos. n. Chryſoloras Biſantius lr̃as graecas attulit: q̃ ānis iā quīgētis ī Italia cõticuerāt. hic graece latineq̃ līguae ſcholae exortę ſunt Guarino Victorino Philelpho Ambroſio monacho Leonardo Aretio karoloq̃ ac pleriſq̃ aliis tāq̃ ex equo troiano ī lucē ꝓdeūtib9: quoꝝ aemulatione multa īgenia deīceps ad laudem excitata ſunt.

INNOCENTIVS. .VII.

1404 INNOCENTIVS. VII. pr̃ia Sulmonēſis coſmatus antea uocat9 ſanctę crucis pſbyter cardinalis Romę põtifex creat͛: Tumultuāte tota Italia mortuo. n. Ioāne Galeatio duob9 filiis ſupſtitib9 ſed adoleſcētib9 adhuc tota Italia ad arma reſpiciebat Ioānes maria maior natu (id. n. ei nomē erat) ducatū Mediolani ſibi uīdicat. Philipp9 uero maria minor natu Papiae dñatū cui9 comes iure hēbat͛ facile obtinuit. Reliq̃ ciuitates ut antea dixi: ad quīq̃. n. & uīgīti fuiſſe cõſtat ab impio Vicecomitū defecere. Nā & Paul9 Guiniſius ciuis Lucēſis pr̃iae dñatū ſibi uſurpauit: & Frāciſcus carrarius ſublato e medio tāto duce cuius arma mirū ī modū timuerat āugēdae ditionis ī magnā ſpē ueniēs Veronā Brixiā Bergomū Cremonā legatos ad ſolicitādos in ptes ſuas guelphos miſit. Veꝝ ubi uidet Gulielmū ſcalā & karolū Vicecõitē q impia ciuitatū ſuaꝝ deſiderabāt poſſe conatibus ſuis obſtare: Gulielmo Veronę: karolo Mediolāi acceptis ab eo mutuo trigīta millib9 aureis dñatū pollicit9 ē. Reducto itaq̃ in pr̃iam Gulielmo eodēq̃ nõ ita multo poſt ueneno ſublato Verona ipſe potit͛. Eadē quoq̃ fraude Karolū aggreſſus ē: cū is īſtaret ut nõ apparētib9 ꝓmiſſis pecuniā ſaltē mutuo datā ſolueret. Lr̃is quoq̃ Frāciſcū Gõzagā admonet: ut deſcēdere ptes ſuas ſpõte uelit: amplectiq̃ ei9 amicitiā & ſocietatē: ſin ſec9 eēt aīatus habituꝝ ſe eū ꝓ hoſte: facturūq̃ ut breui ei9 ptinacie peniteat: fieri pfacile id poſſe dicebat cū Veronā Mātuanis finitimā adept9 Brixiā quoq̃ ī ptātē ſuā breui ſit redacturus: unde pcõmode Mātuanos bello p̄mat. Nil rñdere Frāciſcus īſtituit: priuſq̃ Venetoꝝ legatos audiret quos in uia ad ſe eūtes intellexerat. Veneti. n. Carrarioꝝ potētiā ſuſpectā hñtes Vicentiā dedētib9 ultro ciuib9 in deditionē & tutelā recipiūt: q̄ Frāciſci arma uererent͛: q̄q̃ ſub quouis alio q̃ ſub Patauino dño eē mallebāt: qppe cū īter Patauinos & Vicētinos īmortale odiū intercedat. Admonet tū Frāciſcū Carrariā Venetus ne Vicētinos uectigales ſuos bello attigat: utq̃ ab expugnāda colonia quā ſuę ditionis eē rebant͛ abſtineat. Aliter Venetos bello pſecuturos illatas iniurias. Rñdet Franciſcus mirari ſe Venetoꝝ ī potētiā: q cū nullū ius in cõtinēti hēant leges tñ merito impantib9 uelint p̄ſcribere: irēt & eſtuariis ſe ac palludibus cõtinerēt: eoſq̃ p̄eſſe ciuitatibus ſinerēt: q eā facultatē a maiorib9 ſuis accepiſſent. Indignati mirū ī modū Veneti legatos ſuos q in uia erāt admonēt: ut foedus & ſocietatē cū Frāciſco Gõzaga inerāt: eūq̃ primū copiaꝝ ſuaꝝ ducē deligāt: addita pecuniaꝝ ſūma q̃ ei ſtipendii noie quotānis daret͛ tū uero Frāciſcus icto foedere maturādū ratus: q̄ iā hoſtes potitos colonia ītellexerat cõſcripto magno militū numero: Veronēſes ad eā ptē adorit͛ q̃ ad Mātuanos uergūt. Idē faciūt Veneti ex Vicētinis eo mouētes: quo ī petu Veronēſes pterriti cū nulla ſpes auxilii ſubeſſet deditionē facere. Oderāt ēt ciues Frāciſcū Carrariēſem q Guilielmū ſcalā ueneno necaſſet: eiuſq̃ filios occupata fraude Verona ī carcerē cõiecisset. Dū urbē uero īſtructis acieb9 īgrediunt͛: nequa fraus ab hoſte ſubeſſet: Iacob9 Carraria q ibi cū p̄ſidio erat repente cū militibus aliquot hoſtiliā ꝓfugit: Sed dum padum taiicit captus Venetias mittit͛. Munita. āt firmiſſimo p̄ſidio Verōa. ide cū oib9 copiis Veneti patauiū mouētes urbē p̄altis muris ac ꝓfūda foſſa munitā defenſāq̃ firmo p̄ſidio obſidēt: & tādē poſt aliquot mēſes

quot mēſes

quot mēſes itercluſis undiq; cōcatib9 in deditionē accipiūt. cōfugerat i arcē Frāciſcus cū filiis ac nepotib9: quā tñ ueneti nō ita multo poſt cœpere urgēte eos q in pſidio erāt ad deditionē fame. Frāciſcus āt capt9 atq; Venetias miſſus una cū frē necat. hūc exitū & finē hūit q humanā cupiditate ſecutus ſpreta pace oia bello occupaturus uidebat. Neq; in hoc qdē maloꝝ oium finis fuit. Nā uel ignauia pōtificū q iterdictis antea minis: armis poſtremo tollere diſcordias cōſueuerāt: uel ſciſmate potius quo tū eccl'ia dei multū laborabat eo uētū erat ut uiliſſimus qſq; tyrānus poſt mortē Ioānis galeatii unūquodq; facinus quātūuis magnū aggrederet. Innocētius. n. dū cardinalis adhuc eēt: carpere negligētiā & timiditatē prioꝝ pōtificū cōſueuerat: q diceret eoꝝ ſocordia factū ne ſciſma eccleſię Romāe totiuſq; reipu. xpiane ꝑuitics hactenus extīctū & ſublatū eēt. ueꝝ ipē pōtificatū adeptus ſecutiſq; in qbuſdā Vrbani & Bōificii ueſtigia quos priuatus carpebat: nō mō quod tantopere laudabat effecit: uerū ēt iniquo aio ferrebat: ſi qs apud ſe ea de re uerbū ullū feciſſet. ꝑterea uero adeo tumultuoſe oia gubernabat: ut cū ſemel romani reſtitui in libertatē reddiq; ſibi capitoliū: pontē miluiū & arcē hadriani peterēt: inſtarentq; itē ut Sciſmia rē ꝑnitioſi exēpli de eccl'ia tolleret bella extingueret & ſeditiones: rege galloꝝ ad eā rē cōficiendā operā ſuā pollicēte ac petro Luna Antipapa nequaq tātā cōcordiā obnuēte. Romanos ipſos pōtifex ad Lodouicū nepotē diuertentē apd' hoſpitale ſcti ſpūs uia ſaxiā tāq ad certū carnificē miſerit. Vnde cū. n. ciues reipu. ſuę labēti negligētia pōtificis cōſulturi ſtati necant e feneſtriſq; deiiciunt: q diceret eo modo tolli ſeditiōes & ſciſma nō alio qdē poſſe. Hac āt ſceuitia mot9 ppl'us Roman9 accito Ladiſlao Apulię rege arma capit ſuppliciū de Lodouico ſūpturus. Veꝝ pōtifex declinaturus ppli Furorē Viterbiū cū Lodouico citato greſſu pficiſcit. Tū uero ppl'us cū ſceuire in auctorē tāti facinoris nō poſſet i Aulicos irā cōuertit quoꝝ bona magna ex pte direpta ſunt. Seruati tñ qdā dñr in ædibus Cardinaliū Romāoꝝ: q adiuuātib9 cliētib9 ęgre tñ ad ſe cōfugētes tutati ſūt. Capto deīde capitolio occupatoq; pōte miluio arcē hadriāi oppugnare fruſtra conati ſunt adiuuātibus ēt Romanos Ioāne colūna comite Troiæ: Gētile Mōterano: comite Carrarię egregiis tū copiaꝝ ducib9: & Ladiſlai regis auſpiciis militātib9. Veꝝ ſupueniēte Paulo urſino mādato pōtificis cū moſtarda & Ceccholino turmaꝝ pfectis in pratis Neronianis Ioānē colūnā & reliquā Ladiſlai militiā fundūt. Hāc ob rē Romani multis qdē icōmodis circūuenti cū & hoies & eoꝝ pecoꝝ abigerēt reſidēte ēt ira iā antea cōcepta: pōtificē i gratiā recipiūt rogātq; ut ad urbē redeat. Erat. n. natura comis & blādus adeoq; pōtificii ciuiliſq; iuris peritus ut facile hoies tū rōnib9 tū ſuauitate dicēdi ni ſui ipſi9 ſniam alliceret reb9. itaq; hoc mō cōpoſitis Romā ueniens: plures cardinales delegit quoꝝ de numero fuit Angelus carrarius patria Venet9 tituli ſancti marci pꝛſbiter Cardinalis in pōtificatu Gregorius. xii. appellatus. Fuit & petrus Philardi natione Cretēſis baſilice duodecim apoſtoloꝝ pſbyter Cardinalis alexander qntus deinde creatus. Tertius hitus eſt Oddo colūna natus e pricipib9 romanis: ad uelus aureū ſācti Gregorii diacon9 cardīalis martinus qntus poſtea uocar9. cōfirmato autem hoc modo pontificatu ſuo Lodouicum nepotem agri Piceni marchionem creat: eundemq; firmanū principem conſtituit. ipſe uero non diu poſt Romę moritū pōtificatus ſui anno ſecūdo. Sepelliturq; in baſilica Petri i ſacello qd' oli pōtificibus dedicatū creat quodq; uetuſtate & ſitu corruēs Nicola9 qntus poſtea reſtituit Notato ēt i hoc epitaphio hois ſepulchro. Innocētio ſeptio pōtificimaxio: cū neglectri ei9 ſepulchri memoria iteriiſſet nicola9 qntus pōtifex max. reſtitui curauit. iteri āt cū & uero pōtifice & optio iperatore carerēt Itali unicuiq; ſcelerato peccādi licētia data ē. Nā cabrinus fūdulus cuius opa Karolus caualcabos multū & belli & pacis artib9 utebat ſpe occupādę tyrānidis elat9; q ei nō ſecus ac karolo magiſtratus oēs atq; artiū pfecti parerēt: Re

Franciſcus carrariæ una cū frā tre necat

Carpere negligentiam

Ac petro luna antipapa

Sceuitia innocentii

Pontificē in gratiam recipiunt

Angelus carrarius Gregori9 .xii.

Alexāder. qntus

Martinus quintus

deuntẽ Lauda Põpeiana Karolũ ad Machaſturmã ab urbe Cremona decẽ millia paſſu
um cũ fr̃ibus & cognatis obtrũcat. Inde uero ꝓpere añq̃ res ĩ urbe ſciret: cũ aliquot mi
litibꝰ Cremonã ꝓperãs occupata arce ac portis õibꝰ forũ armato ĩgreſſus milite: quos
uidet conatibꝰ ſuis obſtare poſſe aut obtrũcat aut pellit. Obtinẽde ãt tyrãnidis cã nul
lũ genꝰ crudelitatis omittit. erat tũ quoq; in armis Mediolanẽſes prĩcipes ne dicas eoꝝ
opa tyrãnos opprimi potuiſſe: iſtãte p̃ſerti Gucecaldo genuę p̃fecto regis galloꝝ noĩe:
q̃ tũ redigere Mediolanũ ĩ ptãtẽ regis conabant̃. Cõtra uero Fazino cane ęgregio tũ co
piaꝝ duce retinere Ioãnẽ mariã ĩ dñatu p̃rno conãte. Otto quoq; tertius parmẽſis dñs
ad colloqum ſpe cõponẽde pacis cũ Nicolao eſtenſi pellectꝰ ad Ruberã (id caſtelli no
mẽ ẽ) obtrũcat̃. Cuius qdẽ cędis Sfortia Cotignola iubẽte nicolao auctor hitus ẽ... Mor
tuo ãt Ottone regio ſtati & Parma dedẽtibꝰ ſpõte ciuibꝰ q̃ oderãt: Ottonis nomẽ Nico
laus potit̃. Ladiſlaus uero occupata Roma ut antea dixi acceptaq; ĩ deditionẽ Peruſia
quã tũ armis Bracchius uexabat ĩ hętruriã hoſtili aĩo mouet: q̃ certe ĩduſtria & auſpici
is Malateſtę Piſaurieñſis egregię defenſa ẽ. Repulſus. n. inde Ladiſlaus ĩ regnũ trepidus
ſeſe recepit maiore prope accepto q̃ illato hoſtibus incõmodo. Liberati aũt tanto hoſte
Florentini in piſanos cõuerſi poſt longam oppugnationẽ Piſas tandẽ capiũt Tartalia
& Sfortia ducibus. Anno domini Milleſimo. cccc vi.

1406

GREGORIVS .XII.

AT uero dũ ſciſma in eccl̃ia dei lõgius ꝓtraheret̃: cũ pnitie xp̃iani nois alte
ro põtifice Romæ creato: altero Auenióe prĩcipes Gallię: duces. ſ. Bituri
cẽſis Burgũdꝰ aurelianꝰ q̃ tũ ob ualitudinẽ regis: gallias gubernabãt: ca
lamitatẽ ecclię tãdẽ miſerati auenionẽ ad Petrũ lunã Bñdictũ. xiii. appel
latũ ꝑueniũt. hoĩemq; rogãt ut collabẽti ecclię tãdẽ cõſulat: ẽt ſi abdicare
ſe põtificatu neceſſe eẽt queãdmodũ ĩ cõclaui ſe factuꝝ ꝓmiſerat iureiurando ĩterpoſito
dũ põtifex creat̃. Spõdẽt p̃terea alteꝝ põtificẽ q̃ tũ Romę crearet̃: pꝰ mortẽ Innocentii
idẽ factuꝝ. Ita. n. ĩter h̃ prĩcipes & q̃ ĩ Italia erãt reip. xp̃iãæ amãtiſſimi cõuenerat ut ab
rogatꝰ duobꝰ de põtificatu cõtẽdẽtibꝰ quoꝝ alter gallicę: alter Italicę factiõis hẽret̃ unꝰ
aliqs poſtea deligeret̃ oĩum nationũ p̃r & põtifex. Rñdet Bñdictꝰ ſe qdẽ grauiter deũ
offẽſuꝝ: ſi eccl̃iam dei defereret cui p̃ronꝰ & publicꝰ p̃r cõſenſu bonoꝝ ñ furti ſed publi
ce aſcriptꝰ eẽt. Nolle ſe ĩ dubiũ põere qd' iuſtis ſuffragiis ſibi dẽmãdatũ fuerat. q̃ diceret
ſublato Sciſmate de cõcordia agẽdũ eẽt ſibi admodũ placer̃ mõ id ĩ loco fieret libero ne
coactꝰ q̃ſpiã potiꝰ q̃ ſpõte facere aliqd uideret̃: Vnũ tñ ſe polliceri: idq; iureiurãdo affir
mare: ſi aliter tolli Sciſma ñ poſſet: depoſituꝝ oẽm põtificiã dignitatẽ mõ idẽ eodẽ tp̃e
ab altero antipapa ſtati fieret: Prĩcipes itaq; cognita hois uolũtate: conſultare ĩter ſe coe
perũt quonãmodo Bñdictũ in ſñiam ſuã ꝑducerẽt: Quoꝝ colloq̃a & conſultatiões bñ
dictus ueritus pontificias ædes armis & comeatu optie muniuit: ĩ q̃bꝰ aliquot menſes
obſeſſus tãdẽ paratis ad fugã triremibꝰ ꝑ rhodanũ in Cateloniã uñ oriũdus erat adna
uigauit. Sunt ãt q̃ ſcribãt principes gallos: id molitos in Bñdictũ eẽ: inſtãtibꝰ cardina
libꝰ gallicis q̃ eũ oderãt ꝙ alterius nationis eẽt & nõ gallicę. nã cũ poſt mortẽ clemẽtis
decreãdo põtifice gallico inter eos nõ cõueniret: hũc poſt lõgã altercationẽ crearũt: ut
uiꝝ bonũ & reipu. xp̃ianę amãtiſſimũ: q̃ eos ſępe admonuit ut hõeſte ac ſancte uiuerẽt:
utq; a ſimoniaca prauitate cauerẽt: aliter ſe ĩ eos grauiter aĩaduerſuꝝ. huius itaq; mores
ferre nequeuntes principes gallos in uirum optimum & conſtantis uitæ concitaſſe. At
uero Cardinales qui poſt mortem Innocentii Romę tum erant: cognita trium priorũ
pontificum in tollendo ſciſmate negligentia cognitoq; etiam diſcrimine in quo reſpu.
xp̃iana ubiq; terraꝝ maxie uero in Gallia uerſabat̃: in unũ cõueniẽtes cõclaui ad ſctũ Pe
trũ in Vaticano habito: iurarũt ſinguli maximis execrationibꝰ ĩterpoſitis abdicatiuos

Benedictꝰ in Cateloniam oriũdus

ſe ſtatim pontificatu:ſi ei deligi ad tm̄ magiſtratum contigiſſet : hac cõditione tamẽ ut id quoq; ab antipapa fieret. Venere ãt i hãc ſniam ut & gallicę nationi ſatiſfacerẽt:q̃ ob ĩpotẽtiã creãdi antipape cõſuetudinẽ ĩtroduxerat:a q̃ remoueri nõ ſine ignominia uidebaẽ:niſi id quoq; ab Italis fieret. utq; i ſniam Bñdicti uenirẽt q hac una rõe nõ alia ſanari eccliam poſſe dicebat:q ſi eis cõtigiſſet utrũq; abrogari unũ ueꝝ pontificẽ oĩum q tũ erãt cardinaliũ cõſẽſu creãdũ eẽ:cui oẽs reges & prĩcipes obtẽparẽt. Creat⁹ itaq; Romę ãno dñi milleſimo.cccc vi. pridie kal. nouẽbris angelus corarius Venet⁹ tituli ſcti Marci pſbyter cardinalis:q ut dixi Gregori⁹.xii. appellat⁹ ẽ:ſtati qđ añ põtificatũ ꝓmiſerat ſe facturũ ſcripto adhibitis ẽt notariis & teſtib⁹ cõfirmauit:ſuaq; manu ſcripta tabellionũ notauit. cũ uero de eligẽdo loco quo ſine diſcrimie uterq; uenire poſſet mẽtio hẽret neq; ea de re ſatis iter eos cõueniret:colluſores & fidefragi ab utroq; cardinaliũ conuẽtu ſunt hiti:q piſas hic Roma hic auenioẽ ad nauigãtes uno cõſenſu gregoriũ & Bñdictũ dignitate põtificia priuarũt:cõſentiẽtib⁹ i tã graue ſniam oĩb⁹ natiõib⁹ ꝑter hiſpaniã citeriorẽ:regẽ Scotiæ:& comitẽ armeniaci q Bñdicto fauebãt. Inita deide creãdi noui põtificis rõe:q bñ ac ſctẽ ſine ulla ſeditiõe eccliam dei gubernaret:uenere ĩ hãc ſniam ut alexãdrũ.v. crearẽt. Dũ ãt Gregori⁹ abeſſet creãdiq; Alexãdri rõ hẽret armis oĩa Romę circũſonabãt Ladiſla⁹.n. rex occupata Hoſtia pedeſtrib⁹ naualibuſq; copiis adeo Romanos icurſiõib⁹ uexauit:ut inita pace honorifice poſtea i urbẽ recept⁹ tanq̃ dñs: & magiſtratus mutauerit: & portas ac mœnia ꝑ arbitrio aĩ ſui opib⁹ & cuſtodiis firmauerit. uetũ ſupueniẽte Paulo urſino eccliaſtico duce apud ſctm̃ Iacobũ i ſeptimiano acerrime pugnatũ ẽ multis utriq; deſyderatis. In tranſtyberi nãq; rex ſuos tũ cõtinebat:arbitrat⁹ ſe illo in loco tutiorẽ eẽ ob nauales copias q̃s hoſtia Romã ſubuexerat. Is uero deiceps cedens potius q̃ fugiens Vrſinę factiõi q̃ i dies magis magiſq; augebat Neapoli ꝓficiſcit̃. Debilitata ꝑterti factione ſua ob ſupatos añ ingreſſum ſuũ colũneſes:Ioãne colũna:Baptiſta Sabello:Iacobo Vrſino:Nicolao colũna ducib⁹:q occupata ſcti Laurẽtii porta urbẽ iã ĩgreſſi erãt. Veꝝ ſupueniẽte Paulo urſino ſupati ut dixi & capti magna ex parte fuerãt. Ex his capitali ſupplicio duo affecti ſunt quoꝝ alter Galeott⁹ Norman⁹ eques ĩſignis:alter uero Ricardus ſanguineus e hitus e familia nobili ac uetuſta originẽ duces. Reliq uero ĩcolumes dimiſſi fuerãt hac tñ cõditione ne amplius Ladiſlai auſpicis militarẽt. his ãt ꝑturbatiõib⁹ adeo Romę annone caritas iualuit ut mẽſura tritici quã rubiũ uocãt florenis.xviii. uẽderet̃ pp abacta pecora & ruſticos ꝑti captos ꝑti necatos ut i bello fieri cõſueuit.

Gregori⁹ xii.

Gregoriũ & Benedictum priuarunt

Ladiſlaus rex

Florenis decem & octo

ALEXANDER .V.

ALEXANDER.V. natione Cretenſis Petrus antea uocat⁹:ordinis minoꝝ frater:archiepſ Mediolanẽſis uir doctrina & ſanctitate uitę ꝓclarus oĩum Cardinaliũ cõſẽſu q tũ i concilio Piſano erãt põtifex creat̃. hãc ob rẽ Gregori⁹ in auſtri ciuitatẽ ꝓfect⁹ q̃ſi ꝓfugus de cõcilio gñali mentionẽ fecit. Veꝝ cũ eo in loco nequaq̃ ſe tutũ arbitraret̃ Ariminũ ꝓfect⁹ a Karolo malateſta pbenigne & ſplẽdide ẽ hitus. Bñdict⁹ ãt poſt habitũ i Perpinião cõciliũ quo tutior eẽt:ad caſtellũ paniſcholę locũ munitiſſimũ cõfugit ubi diutius ĩmoratus ẽ. Vterq; ãt licet i Piſano cõcilio exauctorati eſſent tanq̃ ueri põtifices cardinales crearũt: maxĩe uero Gregori⁹ q dũ Lucæ eẽt de cõſenſu cardinalium q nõdũ ab eo diſceſſerãt gabrielẽ Condelmariũ cardinalẽ creat:q poſtea i põtificẽ elect⁹ Eugenius.iiii. appellat⁹ ẽ. Ad Alexãdrũ redeo uiꝝ in oĩ uita & ętate ꝓſtantẽ. Hic.n. ab adoleſcentia ordinẽ minorum ingreſſus adeo Pariſius liberalibus ſtudiis theologicęq; diſciplinę uacauit:ut breui & publicã ſcholã hũerit: & in libros ſniarũ doctæ & acutæ ſcripſerit. Magnus quoq; Orator magn⁹ ꝑdicator ẽ hitus:hãc ob rẽ a Ioãne galeatio duce mediolanẽſi accitus primũ locũ in conſultatiõibus ſuis habuit, Creat̃ deinde rogatu Galeatii Vincẽtinus epſ:

poſtea nouarięſis mutato loco: poſtremo p̄ſul mediolanēſis factus ab Innocētio ſeptio Cardialis baſilicę.xii.apſtoloꝝ creat̄ quo q̄dē gradu pōtificiā dignitatē adept9 merito Alexādri nomē cōſecut9 ē cū & liberalitatē & magnitudine ai: cū quouis optio pricipe conferri poſſet. Adeo.n.munificus erat in pauperes & uiros ſua benignitate dignos: ut breui nil ſibi reliq̄rit. Vnde p iocū dicere iterdū ſolebat: ſe diuitē ep̄m fuiſſe pauperē cardinalē: mēdicū pōtificē. In eo.n.defluit illa hn̄di cupiditas q̄ una cū re & ætate accreſcit ſimul. Sed hoc uitiū cadere in uiros bonos & reꝝ humanaꝝ cōtēptores nō pōt: q quo magis cōſeneſcūt: eo minus uiatici idigere ſe cognoſcunt: & ob hāc rē cupiditates ſedant refrenāt auaritiā ac cęteras ai labes expellūt. Tāti p̄terea ai Alexāder fuit ut ladiſlaū regem tū potētiſſimū q ditionē ecc̄lię pōtificibus abſentib9 diu multūq; uexauerat: oppidaq; aliquot ui occupauerat in cōcilio Piſano approbātibus q tū aderāt regno priuauerit iuſq; ill ꝺ Lodouico Andegauię duci cpetere declarauerit. Soluto aūt cōcilio piſano pōtifex Bononiā ꝓficiſcit̄: cui ciuitati tū p̄erat Baldeſar coſſa ſācti Euſtachii Cardialis quē Alexāder in legatiōe cōfirmauit: ꝗ eius iduſtria ac p̄ſidiis piſanū cōciliū hitū fuiſſet quotq; ēt uir erat q pcōmode tyrānis ac rē eccleſiaſticā occupare conātibus obici quouis tpe poſſet in hoie tn̄ plus ferociæ pluſq; audacię & ſecularitatis (ut ita dicam) erat q̄ et9 ꝓfeſſio reqrebat militaris ꝓpe hēbat̄ eius uita: militares mores: adeo ut mlta ēt q̄ loqui fas nō ē ſibi licere arbitraret̄ cū uero Alexānder grauiter ægrotare cœpiſſet: noſſetq; mortē ꝓpe iſtare Cardinales ad ſe uenietes ad cōcordiā & pacē ad tuendā eccleſię dignitatē adhortat̄. Teſtatus p̄terea ē p eā mortē quā ante oculos ſe cōtinuo cernere dicebat: nec reformidat̄ cōſciētia bene acte uitę motus ſe exiſtimare & credere q̄ i cōcilio Piſano decreta fuiſſent recte atq; itegre fcā ēē oia ſine dolo malo fraude ue. Cū hec dixiſſet lacrymātibus oibus q aderāt illud ſaluatoris uerbū ęgre ꝓferens: pacem meā do uobis pacē meā relinquo uobis ſtatim moritur pōtificatus ſui menſe octauo: Sepelliturq; Bononię in eccleſia fratrum minorum Laboratum eſt autem hoc anno fame ac peſte.

1410

IOANNES .XXIIII.

Baldiſar coſſa

PLA. Venio ego in hãc ſñiam pedib9 & manib9 ſed id mihi miꝝ uĩ: qđ acute deſerãt: apte loquanẽ: nõ incõgruę pħentur: ſi docti nõ ſunt. RHO. Eadẽ rõe doctas appellabis picas: pſitacos: menedulas: qđ iterdũ humanã uocẽ ĩmitatę appoſite aliqd exprimãt. PLA. hñtur tñ hi apud uulgũ in ꝓcio. RHO. Quid? nõ ne ęqui: aſini: & cætera iumẽta apud uulgũ in ꝓcio ſunt? PLA. Minime uero eadẽ rõne. Hos.n. ueneraẽ: hos ad ſũmos honores & magiſtratus ꝓuehit: hos muneribus: hos donis afficit. RHO. Qđ iperitũ uulgus facit: ferẽdũ potius q̃ laudandũ cẽſeo. Quid ſi tibi oñdero: ætate nr̃a ignauos: & rudes: nõ bonos: & eruditos i ꝓcio eẽ. Vacet honor: uacet alicuius dignitatis locus. Quis ſufficiẽ: leno: nebulo: adulator: paraſitus: delator: ſicarius: craſſator: fur: ſacrilegus: & q ꝓpe nihil hẽt hoĩs in ſe pręter materiã: & eã qdẽ ſatis rudẽ. Boni uero prudẽtes: docti: eruditi: ac reꝝ humanaꝝ non ignari: tãq̃ manci: & iutiles omittunẽ. PLA. Plerũq; ẽt uidemus bonos i impio aliis ꝑeſſe: ne dicas eruditos ſp excludi. RHO. Id ſi interdũ fit: nõ p ſe certe: ſed p accidẽs (ut aiũt pħi) cõtigit. Veꝝ ꝑtermittamus tãdẽ q̃ri hãc cõem ubiq; gẽtiũ calamitatẽ: exiſtimemuſq; uiros ſapiẽtes: ẽt ſi nullo honore ac ꝓmio fuerit affecti: beatos ac fœlices eẽ. Sola.n. uirt9 (ut ſtoicis placet) ex ſeſe ad bñ beateq; uiuẽdũ ſat ẽ. Nã q uirtutẽ adeptus ẽ: et certe ad ſumã fœlicitatẽ deeſſe nil põt. PLA. Hoc tñ pipateticis nõ placet: q nil ꝓclaꝝ ab eo fieri poſſe oñdũt: cui ad magnificẽtiam: & liberalitatem facultates: & copię deſunt. RHO. Sentio & ego cũ illis: ſi ad fœlicitatẽ ciuilẽ reſpicis: loq̃bamur ſane ſi bñ meminiſti de hoĩe ſapiẽte: & pfecto: cuius certe tota fœlicitas i cõtẽplatione reꝝ occultaꝝ: & admirabiliũ repoſita ẽ. PLA. qđ? iſte ſapiẽs: nũ cõedit: nũ ueſtib9: & latibulis ad frigo-

ra æſtuſq; uitandos indiget? Omitto quę ad ſpeciem & ornatum ſunt pernecesſaria: ut
argentum: aurum: egregiam librorum utenſiliumq; oium ſuppellectilē. RHO. hęc ꝑ
fecto eo facilius a ſapiente comparantur: quod paucis minimiſq; contentus eſt. PLA.
facis tu quidem hunc hominem a mendico nihil differre. RHO. In uno tantum diffe
runt: quod hic coactus: ille libens hoſtiatim ēt ſi oportuerit panem mēdicat. PLA. nō
utiq; hoc liberi hoīs officiū eſſe puto: cū ſine rubore & dedecore fieri nō poſſit. RHO.
Immo libertimi q extrema q̄q; pati mauult q̄ delitiis aliorū iniuria p̄ris affluere. PLA.
Quaſi uero facultates cōparari nō poſſint iuſte & hōeſte. RHO. Difficile hoc qdē ē: &
unū ex his q̄ fieri poſſe uix puto: bilancē ſemper i manib9 habere oportet: & diligenter
attēdere ne examē in hāc magis q̄ in illā p̄tē flectat: qd' qdē fieri cupiditates nr̄æ nō ſi-
nūt. Sumus. n. fato neſcio quo ad rē auidi: & ita accurate diuitiis ſtudemus: ac ſi annos
Matuſalē uicturi eſſemus. Hīc nēpe rapinę: hinc latrocinia: hic ſacrilegia: hic peculia-
tus: & infinita mala naſcant̄ oportet. Quare uir ſapiēs: & bn̄ natura iſtitutus: has tanq̄
iprobiſſimas dn̄as dedecoris & turpitudinis declinat: adheretq; inocētiſſimę ac ſanctiſ-
ſimę paupꝑtati: cuius adminiculo adiut9 ocio & igenio ſuo liberrime fruit̄. PLA. Nō ab
horrēt a uero q̄ dicis: qd aliis cōtingat neſcio: ſed hoc uſu euenire mihi ſolet: ut facile ab
oi ſtudio & cogitatiōe retrahar: ubi me pauꝑtate & iopia circūuētū uideo. RHO. hoc
eſt ſignū ęgrotātis ai: & uirtutis antidoto nondū bn̄ purgati: deeſſe tibi ꝑfecto nil pōt
platyna: ſi munerib9 a natura datis uti uolueris: & ſi diligēter cōſideraueris: un̄ i lucē ue
neris: & quo tibi ad redeūdū decurſo uitę tuę ſpacio. Nudū p̄io natura te ꝑduxit. Hu
ic tuo corpuſculo aium deus & mētē indidit: q̄ tibi ad uirtutē parares oia. In lucē ꝑdiēs
lacte p̄io: mox pane fuiſti cōtētus. Vita q̄ fruimur breuis ē: & qdā q̄ſi ſomnus. Moriē
dū ē poſtremo: ut depoſitū reddam9. Nec timēdū ē qd' euitare n̄ poſſis. Tā ſtultū ē ut
ait Baſſus mortē timere q̄ ſenectutē: ut. n. ſenectus adoleſcētiā ſeq̄t: ita mors ſenectutē:
quāquā ſi ueꝝ itueri uolumus nō mortē timemus: ſed cogitationē mortis ipſius. Plus
. n. mali ē i opiniōe q̄ i re. Vera qdē ex p̄te epicuri ſn̄ia eſt: q affirmabat ſe paꝝ admodū
doloris i illo extremo halitu uidere: qd' ſi qs eſſet breuitate ipſa fieri leniorē: diuturnus
. n. eē dolor nō pōt: q magnus ē: qd' ſi qs dolor ineſt facillime tollit̄ ſi bn̄ mori didiceri
mus. Bn̄ āt morit̄ q i uita ꝓbatur. Tota. n. ꝓhorū uita (ut ait Cicero) cōmētatio mortis
eſt: nā qd aliud agimus cū a uoluptate. i. a corꝑe & oi negocio ſegregamus aium? qd in
quā tū agimus: niſi aium ad ſeipm̄ aduocam9: ſecū eē cogim9: lōgeq; a corpore abduci
mus. ſecernere āt a corꝑe aium nil aliud ē q̄ emori diſcere. Quæ cā igit̄ ē: ſi p̄cipiū: ſi
mediū: ſi finē hūanę uitę iſpexeris: cur pauꝑtatē deteſtādo diuitias q̄ras? q̄ſi uero cōpa
rādū uiaticū ſit: quo poſtea apud iferos nobis ſit utēdū: ſtolidū ſiqdē hūanū genus ē:
& brutis aiantib9 hac in re deterius. Naturę. n. illa ſeſe cōmittūt: & eo cōtēta ſunt: qd' di
es q̄q; ſuggerit. Nō negauerim ego hoībus lōge aliter uiuendū eſſe q̄ brutis: q̄ppe q̄bus
alia a natura: alia uiuendi rō ineſt. Sed hęc imenſa hn̄di cupiditas hūani generis hoſtis
acerrima oino certe reiiciēda: & deteſtāda ē. Cōparari diuitiæ: & opes nō p̄nt ſine mul-
toꝝ iniuria. ex quo fit ut ꝓuincię nōnunq̄ & ciuitates funditus deleant̄: cū ii rapere: illi
q̄ ſua ſunt reuocare conātur. Nō ē igit̄ timēda pauptas. Nā q ad naturā uiuit: nunquā
pauꝑ eſt: q ad opinionē (ut ait Seneca) nūquā diues. Natura. n. paꝝ deſiderat: opinio
uero multū ac ꝓpe infinitū. Neq;. n. pauꝑ eſt: q paucis idiget: & paruo cōtētus ē. Satis
eſt aūt nō algere: nō exurire non ſitim ultra modū pati. Cibus parcus famē ſedat: potio
ēt diluta ſitim extiguat: ueſtis frigus arceat: domus hymbres: ęſtus: grādines: niues: uē
toſq; propulſat. PLA. Abſit ut ego uelim nedū cupiā diuitias: cū alioꝝ iniuria partas.

Semp̃ certe hoc meũ fuit inſtitutũ:manus abſtinẽtes hr̃e:atq; utinã hercle ſic me natu
ra a reliquis uitiis retraxiſſet:quẽadmodũ hoc libẽs & ſpõte deuito.Cupere aũt diuitias
honeſte:& recte partas qb9 poſſis te ac tuos paſcere nõ ita mihi ur̃ a rõe alienũ.RHO.
Si ad neceſſitatẽ cupis:& nõ ad affluentiam laudo.ſed uereor ne eas tanquã uoluptatũ
oĩum miniſtras & adiutrices deſideres.PLA.Nõ ita me deus amet.Ad qetẽ potius: &
liberale ociũ diuitias cupio q̃ ad flagitiũ & dedecus. Hoc uel ex mea añacta uita colli-
gere potes:in q̃ ſic uixi ut nullũ mihi inſigne facinus aſcribi poſſit.Sed dic q̃ſo quare ue
reri te dixiſti ne ad uoluptatẽ reſpicerẽ?RHO.Cõſentaneũ ẽ eũ q ab una ptrurbatiõe ui
ciẽ:ab aliis quoq; ſupari poſſe.Rõ nimiꝝ ad oẽs affectus diuerſis tñ modis eadẽ ẽ.Q d'
ſi moleſtia carceris: qua uehemẽter cruciaris: quæq; ad tp̃s ẽ:leuare te nõ põt:multomi
nus a uoluptate retrahet:q̃ eadẽ ſp̃ conſtanſq; habeẽ:in iuuẽtute p̃ferẽ.PLA.exacerba-
ſti p̃fecto uulnus nr̃um hac recordatiõe:cuius dolore erã aliquãtulũ tuo elegãti ac do-
cto ſermõe leuatus.RHO. Vulnus appellas qd' uix pellẽ p̃ficiũt. PLA.Pellẽ inquis?
Vtinã nõ ẽt p̃cordia traieciſſet.RHO.Cupio ex te audire qd incõmodi ex carcere patia
ris.PLA.Libertatẽ amiſi:qua qdem ſublata non uideo cur amplius in uita eſſe uelim.
RHO.Quã apellas libertatẽ.PLA.Ptãtem eundi uidelicet quo uelis:& redeundi un
de digreſſus ſis.RHO.Quid ſi hęc nõ libertas ẽ:ſed ſũma plęrũq; ſeruitus.Nõ ne itur
ad ſtupra:ad furtum:ad incẽdia:ad rapinas:ad iceſtus:& ad cætera flagitia? Vtinã ue
ro genus hũanũ catenis & cõpedibus tũ reuinciret:nõ uideremus certe tot mala: quot
indies cernimus.PLA.Itur ẽt ad templa:ad fana:in forũ:ad amicos officii cã.hoc ſi fa-
cere nõ liceret:nõ deũ certe:non ſanctos ex mãdato adoraremus:precaremurq;:nõ ami
cis fraude & iniuria circũuentis ſubueniremus: non patriæ conſulendo uel agendo auxi
liaremur:nõ ad affines:ad cognatos:ad parẽtes ex officio uiſendos:p̃ficiſceremur:non
publica & priuata negocia obiremus.RHO.duplicẽ eſſe ſeriem reꝝ non ignoras mali
& boni.Ad malũ natura humana inclinata & prona eſt.ſi ad bonum itur:id ex mãda-
to ſummi dei & rõne fit. Quare ad qd' p̃niores natura ſumus: cum id maxime pericu-
loſum ſit:ab eo magis minis & pœnis omnibus coerceri debemus. Nam ſi ſecus fieret
omnes profecto licentia deteriores eſſemus.PLA.ex te audire cupio:quę ſit uera liber-
tas.RHO.Sanctæ ac iuſtę uiuere:multis prodeſſe: neminem lędere:ea demum ẽ ue-
ra libertas:hac uero qcunq; eſt p̃ditus ſeruus uel captiuus dici nullo modo põt:ẽt ſi te-
terrimo carcere & grauibus catenis detineret.Cupiditate enim & turpitudine non alia
eu libertate ſua priuatur animus.Hinc illa certe perpetua concertatio inter hęc duo cõ
traria oritur:tanquam inter hoſtes acerrimos:cum uoluptas trahere in partes ſuas ap-
petitum uiribus omnibus nititur:contra uero animus rationi bene conſentaneus:eun-
dem ad ſe reducere & emendare conatur. PLA.ſit ita ſane ut dicis multis tamen com-
modis priuatur ad bene uiuendum:qui tanta miſeria præmitur.RHO.quæ nam ſunt
iſta commoda?PLA.Conſuetudine & familiaritate amicorum uti. RHO. Qui ſun-
autem quos amicos uocas.PLA.Qui ęque me diligant ac ſeipſos. RHO.Erras plat
tyna & quidem uehementer ab ętate habiturum te exiſtimas : quas enim iſtorum fuit
quos tibi amicos putas: non dico qui ſanguinem:ſed qui uel minimam qdem fortunã
ſuaꝝ partem p̃ tua ſalute ſponte obtulerit.PLA. Non ſit de iniuria mihi a paulo illa-
ta quęſtus ſum redimere me tanquam bello captum aliorũ pecunia debui. RHO.Eſt
ita ſane ut dicis:quod tua atq; omnium litteratorum cauſa pius ſecũdus inſtituerat hic
doctorum omnium hoſtis reſcidiit & abrogauit. Glorię pii non minus quam utilitati
tuę aduerſatus:ſed quis iſtorum te inuiſit:quis tibi ad uictum & cultũ corporis neceſ-

ſaria obtulit.PLA.Primum fieri timor fortaſſe uetuit. Secundum tua munificentia &
liberalitate eis ꝑripuiſti ne facerent. Omnia.n.mihi ad traducendā uitā neceſſaria abſte
ſuggeruntur.RHO.Qualem eũ in grauiſſimis periculis futurũ exiſtimamus: qui uel
leui timore ab officio remouetur.PLA. Nemo eſt enim q uel in pricipiis huiuſcemodi
ꝑturbationũ non moueaṫ.Ad ſe uero ubi rediit hō:in officio:ſi uerus ē amic9 remanet.
RHO.ex hoc āt cernere licet.Hoꝝ neminē tibi amicũ eſſe: qd' neqꝫ ad ſe neqꝫ ad te ad
huc redierit nemo. Vtinā uero fuerit tibi nō inimici. Vereoꝛ.n.ne ſui purgandi cā in te
unũ fabā oēm cuderint.PLA.Quā fabā?Hoc ſolũ deferre potuerũt:me acerbe nimiũ
(fortaſſe)queſtũ eſſe:id mihi ui ablatũ qd' ego pecuniis & iduſtria mea pepererā. Nul
lum iſigne facinus mihi ipingi pōt:nō furtũ:nō ſtupꝝ:nō latrociniũ:nō incendiũ:non
ꝓfanatio tēplorũ:nō homicidiũ:nō ꝓditio.Hoc aũt ita eſſe ex mea ante acta uita com
prehēdi pōt.RHO.Res ꝓfecto ꝑinde ac ſunt nō ſemꝑ accipiunṫ.Hoc tñ unũ fateare
oportet:amicũ te nullũ hēre.PLA.Fortaſſe.RHO.Quid fortaſſe?Oreſtis ne? & pila
dis atqꝫ alioꝝ quos poetæ & oratores laudib9 in cęlũ tollunt?ſimilē te amicũ inuentu-
rũ exiſtimas. Vera eſt illa theophraſti certe ſnia:q ꝑpoſtere officia ꝑmiſceri ab his cēſet
qui cũ amauerint iudicant & nō amant cũ iudicauerint.Hoc.n. ſapientis eſt ꝓpriũ qui
ēt ſeipſo cōtentus eſſe pōt:nō ut amico carere uelit:ſed ſi id acciderit ferre æquo aīo ſciat
& poſſit.Neqꝫ mea qdē ſnia audiēdus eſt Epicurus:q nil boni obiicit quod dicat ſapien
tem ſe ipſo contētũ. Scipionis & Lelii amicitiā laudo nō eorũ beniuolētiā:q̄ cũ fortuna
ſtat & cadit.PLA.Nollē ego tā obſtinatos amicos.RHO.Vtinā qdē iuenias:q ꝓ li-
bertate tua q̄drātē:nolo dicere aureũ numũ pollicerenṫ diffugere oēs paſſim ut uides:
q te in carcerē cōiectũ intelligũt: & quos amicos putabas ingēs circa te ſolitudo idicat.
Quid qd' ne nomē tuũ qdē efferre audent:ac ſi dianę Epheſiæ tēplũ icendiſſes.PLA.
Mihi tñ eſt ꝑiocundũ eoꝝ cōſuetudie frui:loqmur ſimul ad uoluptatē & utilitatē mul
ta de rebus ꝑterea quę qſqꝫ legerit audierit cōmentus fuerit in mediũ ueri inueniēdi gra
tia cōfert.RHO.Si docti:ſi prudētes:ſi boni:fateor eoꝝ cōſuetudinē tibi iocundā uidę
ri.Verũ hęc rara eſt auis:nigroqꝫ (ut ait poeta) ſimillima cygno.Pauci ætate nr̃a ſapiē
tię ſtudent:qd' eā nullo in ꝑcio eē uidēt.Prudētiā uero & ꝓbitatē tanquā duo grauiſſi
ma pauꝑtatis ergaſtula deuitāt.qd' cernāt diuitias:honores:iperia:magiſtratus:ꝑtāti
iproboꝝ & iprudētiũ ſubiici.PLA.In oi qdē uirtutũ ꝑclariſſimaꝝ ſerie(ut uideo) pau
cos bonos reperies:pauci ſunt iuſti:pauci cōſtantes:pauci continētes:pauci prudētes:
pauci ſapiētes:ac docti.RHO.Paucos uocas.imo ferme nulli ſunt.Quis.n.oīum eſt
q uel ex alieno rapere:uel uoluptate & libidinibus frui nō gaudeat?Quis itē adeo for-
tis & prudens eſt q nō aliqñ timiditate & iprudētia de gradu deiiciaṫ?Quis poſtremo
eſt ita laborũ:& uigiliaꝝ patiēs:ut reiectis uoluptatibus omni uelit doctrinā & ſapiē-
tiā ſolicitudine ac ſtudio cōplecti?PLA.Vñ iſtud dic quæſo.RHO.Quæ nobis de rō
ne uiuēdi deliberātib9 uię offerũṫ:q̄rũ altera ad uoluptatē:altera ad uirtutē ducit.Pri-
ma uero latæ & ꝓna:uoluptatēqꝫ oīum illecebris undequaqꝫ ſepta:cuius finis humāi
generis calamitas & ꝑnicies eſt.Eo namqꝫ maxīa ꝑs homium deuoluitur cupiditatib9.
& libidinibus allecta:quibus ineſſe ultimũ bonorum omnium finē exiſtimat.Hic infi-
nita mala naſcantur oportet.Rapinę ut habeant ad uoluptatem inſtrumenta.ſtupra:
inceſtus:adulteria:ne titilatione libidinis careant.Fraudes:periuria:doli:proditiones:
calumniæ:maledicentię:ut indolentia careant:ſtultitia:timiditas:iniuria:malitia:ne-
quid eis ad id quod ſummum bonum falſo putant in uita deſit. Tu uero cum huma-
num genus tot improbis dñis & tyrānis dedecoris ac turpitudinis obtemperet:mirabe

re ſi & cloacam in pcipitium uitiorum oium deferat. ſecũda aũt quę ad uirtutem ducit ardua: & aſpera: cuius qdem latera cõfragoſis rupibus: & altiſſimis ſcopulis ſunt munita: ne per diuerticula digredi ab honeſto ullo modo liceat. Hęc nobis uigilias: ęſtus: frigora: ſitim: famem: continentiam: integritatem: & labores fere infinitos pponit: quibꝰ ſuperatis quod paucis admodũ cõtingit in arce uerę cõſtantis & ppetuę fœlicitatis nos collocat. Vnde certe cum tranqlitate & ocio ea licet intueri quæ nobisꝰ quidã duriſſima uidebant. Hac q pficiſcant (ut ait poeta Heſiodus) pauci ſunt. Sumus.n. neſcio quo fato a laboribus ad libidinem proni. Hinc eſt aũt quod poſthabita uirtute ſqualoris & ſudoris plena uoluptatẽ fuco illecebrarũ oium ornatã ſeqmur & amplectimur fere oẽs. PLA. Philoſophãtẽ te ac diſſerentẽ pfecto libenter audio: quod in te eſſe ſummam doctrinã ſingularemq; ſapientiã intelligo. Veꝝ in deligendo qui meipſum amet: ago ut queo qñ ut uolo nõ licet: modo.n. habeam quo cũ de rebus meis aliqñ loqui poſſim: ut mecum: æquo aio fero: ſi non Patroclum & Achillem inuenio. RHO. Vtinam non ſępe de rebus alienis loqueremini. Nam ſi deambulatis recreandi animi & corporis gratia: totus ſermo ueſter in maledicentia conſumitur. Hũc abſentem carpitis: illum tranſeuntẽ deridetis: ignauũ docto: ſtolidum prudenti: libidiuoſum continẽti: auarum liberali: falſo iudicio ſępe pfertis. Ad templum ſi uobis ire cõtigerit: quod p raro niſi pluuia (ut aiunt) ingruerit fieri ſolet: nõ rei diuinę religioſę ſanctę ac caſtę uacatis: ut uobis qdem dei mandato impatum eſt: ſed aut procamini ſi puellę & matronę adſunt: aut canentem uel legentem ſacerdotẽ ut pote ieptum & rudem ſubſannatis. Si quẽ uero intẽtius orare uidetis hoiem hypocreſi notatis. Cogitabundũ aũt & curis oppreſſum: & ob eam rem minus attente quod legit audientem phanaticum & hęreticũ appellatis. Itur in forum iudiciale eo certe ubi uentũ eſt: non prętoribus: non iudicibus: nõ cauſidicis: non patronis: non clietibus parcitis. Quid plura? nil ferme uidetis cui a uobis nota aliqua non iniuriatur. Non dico quot mendatia: quot tabellas ad fallendum: & deridẽdũ fingatis. Demum inde redeuntes conuiuia ad crapulam & ebrietatem celebratis: qbus certe fit ut libidine incitati ea flagitia cum magno ueſtro diſcrimine cõmitatis: quæ ego prę pudore & ſtomacho nominare non audeo. Hæc aũt non ideo tibi a me dicta ſunt Platyna: quod exiſtimem te morbo maledicentię & dicacitatis laborare: Sed ut minus moleſte feras: taliũ amicoꝝ cõſuetudine priuari. ea.n. ĩ te ſunt ingenii & doctrinæ ornamẽta: ut tibi ipſi uel legẽdo uel ſcribẽdo aliqd memoria dignũ poſſis eẽ uoluptati & qdẽ magnę: cũ hi quos legis iuſſi facere taceãt. Q d' certe nõ idẽ tibi cũ ſociis cõtingeret: q plęrũq; adeo pterui & loquaces ſunt: ut cũ belluis malim q̃ cũ his uerſari. PLA. Recte ſane: at ego taliũ uiroꝝ amicitiã: ut teterrimã quãdã peſtẽ uitaui ſemp: delegiq; quoad fieri potuit: q earũdẽ reꝝ mecũ ſtudioſi eſſent. Ille uero comeſſationes lautę: q̃ libidinũ maximaꝝ fomẽta ſunt: nũq̃ mihi uel natura uel inſtituto placuerunt ledere quempiã uel dicto uel facto niſi laceſſitus caui ſemp. RHO. Serpunt ut noſti contagia: difficile ſiquidem eſt in piſtrino uerſari: abſq; farinę contactu. PLA. Leniuiſti tuis uerbis aliquantulum hoc deſiderium quo ego ardebam uidendi amicos: non tamen omnino mihi perſuaſiſti: ut malim carcere detineri q̃ quo uelim: & officium meum exigeret abire. RHO. Quod uocas officium? PLA. Maiores natu: & qui in aliquo præclaro & excelſo dignitatis gradu ſunt conſtituti ſalutare: & uenerari: ęquales diligere & amare: inferioribus bene conſulere: eoſdemq; qbuſcũq; rebus poſſis iuuare. Quod fieri niſi ab hoie libero non poteſt. RHO. ſi mõſtra hoium ſalutas: ſi eos diligis: qui uel maximo odio digni ſunt: ſi illos iuuas: q ita uiuũt: ut nullũ auxiliũ ſint meriti: officio te functum di-

ces?Cũ officium ſit qcqd hoiem decet?PLA.Nimium hæc ad uiuũ reſecas Rhodori-
ce:imbecillitati hoium ſiquidem ignoſcendũ eſt.Non.n.cum bonis ſemper & plane ſa
pientibus uiuitur.Præterea ut illi meas ineptias plerunq; tolerant:ſic ego uiciſſim illo-
rũ mores:& naturã ferre debeo.RHO.Placeret mihi hoc tuũ de tolerantia reſpõſum:
diceremq; te iã ad ſanitatem rediiſſe ſi moleſtiã carceris qua maxime te ꝑturbari uideo:
patienter & æquo aio ferres. ſed cũ fruſtra adhuc noſter hic ſermo ſine ullo emolumen
to ſit cõſumptus.tandem ego te miſſum faciam:functus ſum(ut arbitror)officio meo
tu tuũ facies ſi teipſum rõne & pacientia conſolabere.PLA.Cruciat me ꝓfecto hic tu-
us diſceſſus.Conſpectu.n.tuo ſuauiſſimo & graui recreabar mirifice.Sed unũ te rogo:
ut aut ad me cras:ſi tibi ꝑ ocium licet redeas:aut ſaltem aliqd conſolatorie ſcribas:quo
minus doleam:tua dulciſſima conſuetudine caruiſſe.RHO.Primũ ego tibi affirmare
non auſim:ſecundum me facturũ repromitto.Apertius enim mecum epiſtola loque-
rere quam adhuc coram feciſti uerecundia aliqua fortaſſe detentus.

¶De falſo & uero bono liber ſecundus incipit.

ARiſtippum pſium ſocraticum beatiſſime pater ferunt aliqñ ad Rhodiẽ-
ſium littus graui naufragio eiectum fuiſſe:ibiq; dum non ſine magna ſo
licitudine cogitaret quanto in diſcrimine fuiſſet:uidiſſe in harena figuras
quaſdã geometricas atq; ita ad comites mœrore poſt habito hilari uultu
exclamaſſe bene ſperãdũ eſt:nã & hic quoq; hoiem ueſtigia cernimus.Is
Rhodũ ꝓfectus cum publice in gymnaſio docte & acute diſputaſſet: pluribus mune
ribus donatus eſt:qbus & ſuam & ſocioꝝ iacturã magna ex parte leniret.Cũ ii uero de
ſiderio ſuorũ redire in pr̃iam ſtatuiſſent:rogarentq; Ariſtippum conductũ ꝑlio Rho-
di manſuꝝ nunqd uellet.Tũ ille dicite inquit ciuibus meis nullã maiorẽ hereditatẽ tra
di a parentibus filiis poſſe: nullũ maius uiaticũ quo ẽt in naufragio ſint tuti:quã ſi eos
honeſtis artibus optimiſq; diſciplinis imbutos reliquerint.Veꝝ eſt certe qđ theophra-
ſtus ait ſolum ex oibus doctũ:neq; in aliena pr̃ia pegrinum:neq; amiſſis familiarib9 &
comitibus carere amicis poſſe:quos ẽt nobis licet incognitis uirtus ipſa comparat:non
pecuniis:nõ opibus:nõ potentia:nõ armis:ſed doctrina & cognitiõe reꝝ munita.Hæc
.n.ſola quocunq; ierimus nos comitat̃: nos ducit reducit.In ꝑiculis quoq; ueluti clype
us hoſtium & aduerſarioꝝ ueniẽtes in nos ictus ꝓpulſat.Ad fortitudinẽ cohortat̃:do
cetq; nil in uita tam graue homini uel calamitoſo eſſe quod ferri cõſtanti aio ſuo admi-
niculo nõ poſſit.Hæc Socrati fortitudinẽ in moleſtia carceris & mortis p̃ſtitit.Hac pa
cientiã Regulo dũ cruciaret̃ a pœnis.Hæc Senecæ:Boetio dum mors eis ꝓponeret̃ cõ
ſtantiam attulit.Pleni ſunt libri maiorum exemplis & p̃ceptis:quibus certe ita ad uirtu
tem incitamur:ut iam maiora calcharia habere nõ poſſimus.Omitto Platoni amplitu
dinẽ & uim qui imortalitatem aiorum ita expreſſit: & mortẽ laudauit:ut Theombro-
tus cupiditate æternitatis lecto Phædone e mœnibus urbis ſe in mare p̃cipitẽ dederit.
Illud dico Socratis:Zenonis:Ariſtotelis:Cicerõis:Senecę:Pauli:oiumq; doctoꝝ no-
ſtroꝝ p̃cepta:ita nos cõtinuo ad uirtutẽ aiare:ut uere(deo ipo excepto:his magis q̃ pa
rẽtibus nr̃is debeamus:ab his.n.ut eſſemus:ab illis ut bñ uiuerem9 accepim9:quãquã
uero & ab ipſis atheniẽſibus plurimũ laudis parẽtib9 illis tribueretur:q curarẽt ut filii
optimis ibuerent̃ artibus.Quã ob rẽ Beatiſſime pr̃ illis multũ me debere ꝓfiteor:quo
rũ opera hoc paꝝ eruditiõis conſecutus ſũ.Hac.n.fideliſſima comite & adiutrice fortu

nis oîbus ſpoliatus: & moleſtiam carceris q̄ diuturna fuit: & cruciatus pedũ ac brachiorum: & minas crudeliſſimoꝝ carnificũ mea ẽt inocentia fretus cõſtantiſſime tuli. Arbitratus id qđ eſt auctoritate Senecæ cõprobatũ. Maiori mihi laudi hãc calamitatẽ aliq̄n fore: quã illi fuerit ſua fœlicitas: ſi licentia peccãdi dici põt: cuius arbitrio torq̄bar & cruciabar. Venerat tũ ad me Theodorus gaza doctrina & moribus phĩus iſignis: cuiꝰ erudito ſermone mirifice ſum delectatus. THE. ubi nã es platyna? PLA. Hem Theodore: qđ huc uenisti relicto gymnaſio tuo: in quo certe nulla mœroris: nulla calamitatis facies ĩeſt. THE. ut te uiderẽ & cõſolarer: quẽ ex Rhodorico intellexerã aduerſã fortunã ferre nullo mõ poſſe. Is. n. ut ab eo accepi totũ heſternũ diem: ut te cõſolaret̃ fruſtra Inſumpſit. Tentare uolui poſſet ne mihi uſu uenire: qđ plæriſq; medicoꝝ ſolet: q una uel leui medicina ægrotos alioꝝ tñ cura & diligentia bñ priꝰ curatos plerũq; ſanãt uñ fit ut ex alioꝝ ĩduſtria laudẽ ſibi cũ emolumẽto pariãt. ſcio Rhodoricũ uirum q̄dẽ optimũ atq; eruditũ nil ꝓtermiſiſſe qđ fidẽ tibi hac in re faceret. Verꝝ plus in uno plærũq; fœlicitas ualet: quã in altero Induſtria & doctrina: ut de impatoribꝰ dici ſolet: a q bus fœlicitatẽ magis quã rei militaris ſciẽtiã deſideramus. PLA. Multũ tibi Theodore debeo: q ꝓ humanitate & gr̃a me oîum q uiuũt miſerrimã adire cõſolandi cã uolueris: cũ nulla mea erga te ꝓceſſerint merita. Rara ẽ ꝓfecto hæc miſericodia. Gradus. n. nullꝰ ab hoîbus noſtroꝝ tẽpoꝝ excogitat̃ ne dũ fit: in quo ſpectata utiltas nõ ſit. THE. Neq; ego q̄dẽ pedẽ domo efferrẽ: niſi mihi ꝓpoſitũ p̄miũ uiderẽ. Nõ ẽ fraudãdus q̄ſpiam mercede laboris: ne ſegnes ad res agẽdas ingratitudine fiamus. PLA. Quorſum eas intelligo: uiſere infirmos: Solari calamitoſos: errantes ĩ uiã rectã deducere: famelicos paſcere: nudos ueſtire: p̄miũ illud æternũ q̄rere eſt nõ hoc fragile & caducũ. THE. Ita eſt ſane ſed dic q̄ſo cur in hũc angulũ ſeceſſeris. PLA. Vt hoꝝ q mecũ eadẽ miſeria p̄muntur eiulatus & q̄relas uitarẽ. Sed mihi certe cõtigit: ut nauigãtibus in freto ſiculo: q dũ ſcyllã uitare cupiũt in caribdim ui tẽpeſtatũ & ꝓcella deferunt̃. Nã cũ mecũ tacitꝰ mẽte reuoluo inquãtã ĩciderim calamitatẽ: Ita plerunq; mente & aîo crucior: ut uitã mihi acerbã putẽ. THE. Credidiſſem ego te ꝓfecto ob eruditionẽ & doctrinã: utrãq; fortunã cõſtãter & pulcherrime laturꝝ. Sed qđ inter te & hos differat nõ uideo: niſi qđ docilitatẽ quandã natura tua magis ꝓſefert. Age uero dic quẽ uocẽ calamitoſum? PLA. Oium miſeriaꝝ cumulo oppreſſi. THE. Quas uocas miſerias? PLA. inopiã: captiuitatẽ: uincula: tormẽta: cruciatus: minas: ualitudinẽ: extorrẽ domo ac p̃ria eſſe: & quę hæc ſequũtur: ut ſitim famẽ frigus: a fratribus: a cognatis: ab amicis oîbus deſeri: & aîo ac mẽte angi: his certe q p̄mit̃ nõ uideo qđ hẽat cur in uita eſſe uelit. THE. Nimiũ te abicis Platyna. Dic obſecro cur lr̃is te & phĩæ addixiſti? PLA. Vt ſcirẽ certe. THE. Immo ut cõſtanter & cũ uirtute uiueres: Vt. n. ad ſanãda corpa ægrotantiũ medicina ĩuẽta ẽ: ſic phĩæ p̄cepta illa a ſapiẽtibꝰ tradita ſunt: q̄bus aîorũ noſtroꝝ ægritudinibꝰ & ꝑturbationibꝰ mederemur. Qđ fieri certe ſine doctrina nõ põt: nã ut ager ſine cultura ĩfructuoſus eſt: ſic ſine doctrina aîus. Cultura ãt aî phĩa ẽ: q̄ oîum artiũ mr̃ & donum deoꝝ (ut ait Plato) uicia e mẽtibꝰ hoîum radicitus extrahit & p̄parat aîos ad habitus bonoꝝ ſuſcipiẽdos. Hoc unũ ſtudiũ certe liberale ẽ hocẽ hoîe libero dignũ: cętera uero puſila & quodãmodo puerilia ſunt. Hęc. n. bonoꝝ malorumq; delectum p̄ſtat. Hęc uetat ſupbũ eſſe auaꝝ: libidinoſum intempantem: cõtumacẽ ꝑfidũ: crudelem mendacẽ: hæc eadẽ docet quid quoq; tpe ſit agendũ: quaq; rõne futuris p̄terita ſint anectẽda: qđ q̄dẽ fieri ſine cognitiõe multarũ reꝝ nõ poteſt quæ merito doctrina uocatur. PLA. Quid philoſophari igitur nil aliud erit: quam in carnificina quadam calamitatum omnium uerſari. THE. Ita ſane. PLA. Hinc fit ut ego parentũ meoꝝ ſtulticiã mirer. q me ad ſtudia cũ

diſpēdio ēt rei familiaris:tāquā ad ergaſtulū miſeriaꝝ oīum miſere. THE. Ad labores qdē mi Platyna:nō ad delitias nati ſumus. In uitā.n.tanꝗ in Theatrū quoddā deſcēdimus:ubi nobis cōtinuo luctādū ē:nec aliqd de uirtute remittēdū ꝑmioꝝ & glorię cupidis:ꝗ nobis ꝑfecto uitā ī cœlo ſempiternā parēt. Multi ſunt.n.circūquaqꝫ hoſtes: multi latrones:multi craſſatores:qb9 oibus ea ꝑfecto mēte obuiā ē eūdū ut malis fortiter & cōſtāter mori:quā uel turpitudini uel iniqtati uel ignauie uel timiditati uel deſpationi cedere. legimus heroas Herculē ꝑcipue ac Theſēū labores ſibi maximos & piculoſos in uita delegiſſe:qbus certe & glorię bene de humano genere meriti cōſulerent ſuę: & ꝓmiū nō fragile ac caducū:ſed ꝑpetuū & īmortale apud deū cōſequerent᷑. Nā q uitiorū agmina in nos cōtinuo ruentia ꝓpulſar: qꝗ ſpē metū inanē lętitiā fugat. Is deo ſimilis quoad fieri pōt euadit. Cōtra uero q uitiis ceſſerit:qꝗ uitā egerit itēperātem & libidinoſam:is tādem in ꝑceps deuolutus uel ignauiſſimis ēt hoſtibus triūphū de ſe cū ꝑpetua ignominia relinqt. His rōnib9 parentes tui fortaſſe moti te ab adoleſcētia eo miſere. uū uirtutē & ſapiētiā reportares:arma certe ad expugnādū humani generis hoſtem acerrimū:& ī ꝑnitiē nrām ſꝑ aliqd moliētē. PLA. Licet ne mihi Theodore libere tecū loqui᷑ THE. Licet profecto. PLA. Vident᷑ mihi deterioris eſſe conditionis:qui docti ſunt & cōtemplatione rerum delectantur : quam qui rudes & animum raro ad cogitationem reꝝ traducēs muneribus a natura datis fruuntur:de futuris parumadmodum ſoliciti. Suo.n.cōtenti & ꝑuo. Ii minus ſentiūt corpis moleſtias:ut ſitim famē frigus calorē laborē defadigationē:minus ēt angores aī & curas:ut ſpē metū gaudiū leticiā:non qd ſibi cōueniat:neqꝫ qd aliis debeat᷑ multū curantes. At uero q liberalib9 diſciplinis ſunt ībuti cōtrarias qualitates acutiſſime ſentiūt. Eſt.n.eoꝝ ſubiectū delicatius & mollius:& ſenſus hñt ad cognitionē reꝝ ꝓmptiſſimos. His nēpe tāquā inſtrumētis qbuſdā aīus cōtēplatione agitatus cōtinuo utit᷑:qb9 albū a nigro: amarū a dulci:frigidū a calido cōcētū a diſſono ſeparat. Hac mētis & corpis cōtinua motiōe fit:ut miſerrimā uitā agere uideat᷑ : cū ꝑſępe ēt intelligāt:iis ſe ludibrio eē a qbus honorē mererēt᷑. Fieri qdē nō pōt: ut ignarus & rudis ſapientē ac doctū diligat & obſeruet:cū nihil tā ſit contrariū doctrinę quā inſcitia & ignoratio. Nō dico certe quo dolore aī angat᷑:cū uidet amentē prudēti:intēperantē modeſto:timidū forti:iniquū iuſto:inhertē laborioſo: petulātem pudēti: ſceleratū pio:ī honore & emolumētis ꝑferri. Quare fit ut nōnūquā uicē meā doleā: qd meo marte id expugnauerī:qd poſtea mihi detrimento futurū eſſet. Satius nimirū fuiſſet qete uitā agere: Quā tāto ſtudio & labore inueſtigare quo poſtea cruciarer adepto: ruſticos qdem & plebeos iſtos cernimus q ꝓcul ab oī ambitione ſunt: Quiqꝫ ꝑſentibus qbuſcunqꝫ utunt᷑:de futuris paꝝ ſoliciti ſolida: ac integra hře corpa uenatu aucupio labore exercitata:qb9 poſtea ſi opus fuerit patriæ ad ꝓpulſandos hoſtes:amicis ad negocia obeūda:domeſticis ad ea cōparanda ꝗ uſui hoīum ſunt accomodata utuntur. Nos uero ſtudioſa turba: Qui nobis ad uoluptatem ut mihi uidetur miſerias & calamitates confingimus & proponimus:adeo ſumus ocio & umbra remolliti:ac imbecilles facti:ut quito quoqꝫ die ſumere farmacū in cholerā ī pituitā in melācoliā oporteat. Frequenter enim laboramus catarrho laterum & ſtomachi dolore podagra : qui quidem morbi ſolent ex nimio otio exoriri : cum corpus exercitatiōe & labore ſemoto exalare ſuperflua non permittitur. Hinc ut ait poeta ſubeunt morbi triſtiſqꝫ ſenectus: & labor & duræ rapit inclementia mortis:quib9 fit ut neqꝫ reip. neqꝫ noſtris ubi & quādo oporteat auxilio eſſe poſſimus. THE. ſi putarem te ex animo loqui : dicerem id certe tibi contigiſſe in alia re tñ: quod neroni aiūt: Quē accuſare diſciplinas ſolitū ferūt qd ab his uñ hūanitas cōtinuo fluit crudelior & inmanior ſic fact9. manauit certe iaudita

illa & efferata iniqtas ex inſcitia potius & ſtultitia quam ex eruditione & doctrina: fieri ſiquidem non põt: ut malum p ſe ex bono oriatur: neq; uiciſſim ex malo bonum. Malum. n. nõ ex bono: & bonum nõ ex malo ſuopte ingenio naſci uidemus: legerat ille credo ex Homero & marone troianũ incendium: ex tragicis crudelitatem Atrei Herculis Aiacis Athamãtis furores: Achillis iram & crudelitatem: Vlyxis malitiam: Oedipi inoneſtũ ſinonis fraudẽ quę omnia a poetis ea mente pſcribuntur: ut legentiũ animos a uiciis certe & crudelitate quam ipſi deteſtantur remoueant: & ad uirtutem quam tantopere extollant adhortentur: tota. n. poeſis nil aliud ẽ quam laus ipſa uirtutis: pinde ſeipſum immanis illa bellua: & non eruditionẽ accuſare debuit: Quę bonam meliorem ſemper fecit. malum uero ſi non poteſt in rectam uiã traducere: ut inutilem a ſe reiicit: Te uero ea mente tantummõ loqui exiſtimo: ut ex me boni aliqd elicias. Propoſita. n. deſperatione arbitraris me nõ nihil medelæ tuę ægritudini ſtatim inuenturũ. Faciã ego uero tibi hac in re quad potero ſatis primũ igitur ex te quæro putes ne hanc ſciendi cupiditatem humão generi fruſtra innatam eſſe. PLAT. Minime uero: cum omne quod eſt ad aliquid factum eſſe uideatur. THE. Recte ſane: ſi ita eſt: quarum rerũ cauſa inuẽtam doctrinam putabis? PLAT. Earum certe quæ utiles ſunt & neceſſariæ in uita: THE. quę ſunt iſta utilia & neceſſaria? PLAT. parentes iam grandes natu paſcere: Filios: nutrire amicis prodeſſe: iuſtitiã colere: fortitudinem retinere: modeſtia uti: prudentiam ſequi: patriam quibuſcũq; rebus poſſis iuuare: Rem familiarem ita procurare ut & tuis ſatiſfacere: & in alios munificus eſſe ac liberalis poſſis. THE. eſt & hoc quidem aliquod quod dixiſti. Sed alia quędam maior cauſa ſubeſt: quare tot clariſſimę diſciplinæ ſint inuentę. Meminiſti credo dicti illius ſocratici: quod e cęlo deſcendiſſe quaſi rem diuinam ſcribunt poetæ: cognoſce te ipſum: PLAT. memini. THE. cognoſcere ſe ipm qua rõne qs poterit. ni fuerit diſciplinaꝝ oĩum ſacris initiatus. Ex his. n. uñ in lucẽ ueneris: & ad quid ueneris: & quo tandem rediturus ſis aperte intelligis: quod non faciunt ii qui doctrinarum & erutitionis expertes uitam agũt in terris prope magis belluarum quam hominum more: Quibus hoc certe a natura datum eſt. ut eo mentem perſæpe flectant: unde id habuere: quo a ceteris animantibus diſtarent. Quare non inelegãter Naſo poeta: quid brutis: quid hominibus cõueniret diuinis illis carminibus oſtendit.

Pronaq; conſpectent animalia cætera terram.
Os homini ſublime dedit: cęlumq; uidere
Iuſſit & erectos ad ſydera tollere uultus.

Primũ cõſideret homo neceſſe eſt: Quibus ex reb9 cõſtet: qđ fieri ſine phia nõ põt. Vnde uirtutis ſtudiũ naſcit: qđ aĩs medet ut ait Cicero inanes ſolicitudines detrahit: cupiditatib9 liberat: pellit timores: Quare bñ a Socrate dcm̃ eſt: Inter baiulũ & alcibiadẽ ſũmo loco natũ nullã eſſe drĩam ſi uirtus abſit. Deinde cõſiderandũ eſt quis ſit auctor tot reꝝ pclariſſimaꝝ: quot i mũdo ſunt: eo qdẽ mẽs noſtra nunquã cõcẽdet ſine gradib9 mathematicaꝝ diſciplinaꝝ. Inde rediẽs cognita illius loci excellẽtia in quo habitãt qdũ in uita erãt cõtẽplatiõe reꝝ ſunt delectati: qq; integre caſtę ac ſanctę uixerũt abſterga oĩum flagitioꝝ macula: ita uirtuti te additis ut maxios ẽt labores honeſti cã magnis uoluptatibus ſine cõtrouerſia ante ferẽdos cẽſeas: qđ pfecto non faceres: niſi plus emolumẽti ex honeſta uita ſumptuꝝ te: quam ex flagitioſa & intem perãti arbitrareris. Nõ ſunt mihi crede ſpernanda munera nobis a natura data. Ad cognitionẽ ſiquidẽ reꝝ maximarum & admirabilium: nõ aũt ad otium & ſegnitiem nati ſumus: Eneruari corpora ſtudioꝝ nunquam ego moleſte tulerim: modo animo & mente ad contemnendam

mortem ad tollerandos dolores;& ferendas æquo animo calamitates:quę indies huma
nũ genus inuadũt:conſtãtes ſint & fortes: Hęc eſt mi Platyna uera fortitudo: non illa
gladiatoria q̄ plebeos & ruſticos ĩ uenatiõe & aucupio uti dicis. fortẽ ego dixeri Socra-
tẽ Senonẽ Camillũ.M.regulũ curiũ fabriciũ catonẽ:q neq; minis neq; tormĩtis neq; pol
licitationibus adduci unquã potuerũt:ut arcto & honeſto diſcederẽt. Non negauerim
ego robur corporis ad res agẽdas quã maxĩe neceſſariũ eẽ:& ne a Cicerone diſſentiã: ex
ercitandũ ẽẽ corpus affirmauerĩ:ut & cõſilio & rationi poſſit obedire.Sed oĩs noſtra cu
ra circa emendationem appetitus & cupiditatẽ noſtrarũ habenda eſt: ne ſi eum uagari
latius ſiuerimus multitudine uoluptatũ obruat animus: Bene agere p̄terea & philoſo-
phari tm̃ iucũditatis in uita affert:ut docti ac ſapiẽtes minus certe moleſte ferant: igna
uos & rudes tanquã rerũ oĩum inopes & minus uiatici habentes ſibi in honore & fortu
næ bonis p̄ferri.Sed dicant ii ut Agamemnonem apud Homerũ πάρ᾽ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι οἵ
κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς Virtus.n.ut ſtoicis placet ſola p ſe beatũ hoĩem facit.
Quod autẽ ſtudioſos ægritudinũ uariarũ agmine dicis quotidie inuadi ſolere: ex te ue-
lim ſcire cũ improbis ne ĩducias habeãt? Quos certe ſi diligenter animaduertis:utpote
intemperantes & ĩmodeſtos frequentius cruciant : Sed hoc ideo minus apparet quod
ignobiles ſunt:quodq; ẽẽ ſuo merito affligi putantur.Bonis autẽ qui rari habẽtur. ſi qd
acciderit dolemus:quod ea calamitate minime dignos exiſtimamus.uerum ii quoq; ua
ria morborũ genera incurrunt:cũ quia & ipſi in equalitate humorum laborant: tũ uel
maxime quod poſt habita huius fragilis & caduci corporis nimia cura ſeſe totos ad cul
tũ animi transferunt.Malunt.n.caſtigato corpore cũ deo ſentire, quã ipſis uoluptati-
bus cum dedecore & detrimẽto obtẽperare:Robur illud ruſticum cõtẽnũt:& p nihilo
habẽt:quod animis noſtris ad cognitionẽ rerũ maxĩo ſit impedimẽto.eſt.n. corpus ut
platoni placet σῆμα τῆς ψυχῆς ideſt ſepulchrum & carcer: unde anima p ſenſus tãquam
per feneſtras rerum naturam contẽplatur & cernit:Hoc facilius nimirũ in illis corpori
ſit quæ urbana ſunt & ciuiliter enutrita.Nã molles carne aptos eẽ mente ſcribit ariſtote
les dices fortaſſe eos minus ſentire contrarias qualitates:& ob eam rẽ minus dolere: nõ
eo ĩficias.Minus etiam ſentiũt quid honeſtum ſit : & quid deceat in uita.collige itaq; te
Platyna & bene tecũ actũ puta;quod ita inſtitutus ſis niſi teipſum deſeris:ut perfacile
omnes fortunę ictus ferre ac ꝓpulſare poſſis.PLAT.quid.n.me colligam?qui ita mali
gnitate fortũę opprior.ut uix queã reſpirare. THE.quos uocas ictus fortunę?PLAT.
inopiã captiuitatẽ uincula tormenta extorrem domo ac patria eſſe.THE.quare inopẽ
quęſo te exiſtimas?PLAT.quia omni humana ac diuina ope careo. Nullũ eſt mihi pa
trimoniũ & ſi qd eſt:id eſt pexiguũ: nulla priuata pecunia:nõ domus: non ſuppellex:
tum librorum:tum rerum utenſiliũ : Rara ueſtis & quidem attrita.Hinc orit ut nẽmi
ni carus ſim:& qd peius ẽ ab oĩbus ferme irridear:tanto.n. ætate nr̃a pecunię ĩ honore
ſunt:ut pro mõſtro habeat q ſpretis fortunę bonis uirtuti ſe & cognitiõi rer̃ addixerit
hũc ut phanaticũ ut ꝓphanũ contẽnũt deuitãt inſpuunt oẽs. diuitẽ uero ſalutãt:comi
tant reducũt circũſtant officii cã.THE.aut.n.paup aut in magnis opibus natus es: ſi
paup nil tibi fortuna abſtulit:cũ nihil hũeris:ſi diues id ſuo iure repetere potuit qd uel
tibi uel pentib9tuis ad tp̃s cõmodauerat.Sed qd hẽas cur de fortũa q̃ri poſſis nõ uideo:
cum nihil tibi ĩ uita adhuc defuerit qd uel ad neceſſitatẽ corpis: uel ad ĩgenii cultũ pti-
neat.Nullũ eẽ tuũ p̃rimoniũ dicis.Age dic q̃ſo un̄ uixiſti?Nullã pecuniã: un̄ tibi neceſ
ſaria ĩ uita uſq; ad hãc ętatẽ cõparaſti:Nullã domũ:ubi habitaſti ſub diuo ne?an ſub te
cto?Nullã ſuppellectilẽ nõ diogenico more uixiſſe te:tu9 iſte nitor urban9oñdit. Nul
los libros un̄ lr̃as didiciſti diuinitus ne? ueſtẽ rarã ſatis ẽ ſi pluuiã & hymbres ꝓpulſat.

qd fortunæ

Quid fortunæ ne debere te plurimū negabis: quę ex patrimonio & pecunia aliorū ſub
trahit: quod tibi cōdonaret? Dixiſti ꝓfecto ſi uerū fateri uis ſub beneficio ſine ulla ani-
mi moleſtia. Diuites.n.& præpotētes: (ut Ciceroni placet) nō ſolum libidine augendi
ea quæ habent cruciātur: ſed ēt amitēdi. Fundum itaq; familiarē: qui diligēter colāt om
ni cura exquirunt: grādinē intempeſtum frigus: nimiā ſiccitatē uehemētes & longos im
hymbres cōtinuo timent: de ſerui furacitate & fuga: deq; ruſtici negligētia: de boum
& pecorū interitu: de incēdio uillę continuo ſoliciti. Si bellum āt exortū fuerit incurſio
nes hoſtium ueriti triſte aliquod nunciū ſemp expectāt. Pecuniā magno labore partā:
uariis inſidiis ab oībus concupitā magno uident eſſe in diſcrimine: ſiue eam domi cuſto
dierint: ſiue aliorū fidei omiſerit: cum nec ſerui: nec filii: nec cuiuſuis alius exploratā ha
beant fidē. Expillant namq; ſerui: dilapidāt filii: intemperantes ac ꝑfidi decoquūt atri-
enſes. Domini inde reſpiciētes cum uel augere uel reficere pro dignitate magna impēſa
nōnunquam cogitantur. Suppellectilem uero domi & diuitiis congruentē ſuis uident
pernecessariam eſſe. Hoc emunt illud ꝑmutant. Multa reficiunt negligētia & ſtultitia
ſeruorum conquaſſata & diffracta. Veſtire familiam: paſcere ſeruos: enutrire filios: cū
magno diſpendio cogunt: ꝑſertim ſi bellum & anonę caritas duo grauiſſima mala in-
gruerint. Soluere āt tributū pendere uectigal graue & oneroſum plerunq; impellunt.
Omito cōmemorare quot periculis cōtinuo caput obiiciant: cū hunc a latronibus illū
a furibus: multos a ſeruis domeſticis: pleroſq; ēt a cōiugib9 & liberis ueneno & ferro in
terfectos ob diuitias ſciamus. Horum periculoꝝ beneficio fortunę nullū capiti ſuo imi
net. Dormis ad multā noctem ſine cura. Iter quo placet ſecure carpis. Legis: ſcribis: nec
de tuo nec de alieno ſolicitus. PLA. Hominē pingis Theodore qualē adhuc uidimus
neminē. Quod ſi qs eſt qui ſe fortiorē in contemnendis fortunę bonis oſtēdat: eum cer
te fatebor aliqua ex pte ocultare poſſe animi ſecreta: pauptatem uero quā tātopere lau-
das: probare ex animo nullo mō poſſe. Ego (ut de me loquar) nunquā adeo ſum curis
& ſolicitudinibus uacuus: quā totus a meipſo diſcedā: ubi eius mihi in mentem uenit:
non legere: nō ſcribere quicquā poſſum: memoria dignū quādoqdem oīa ad uictum ne
ceſſaria mihi deeſſe uideo. Dices ſat ſcio me tamen uſque ad hanc ętatem uixiſſe: & ſi ni
hil habuerim: at ego arbitror ſatius eſſe ſemel mori quam oſtiatim panem mendicare.
Totiens.n. qui hoc agit uigilātur ſi hō eſt: quotiens id ei facere cōtigit. Quare pauper-
tatem cui uis laudato: mihi ꝓfecto nunquā pſuadebis: ut eā exiſtimem opulentię ante
ferendam eſſe: cuius uel horrido nomine pſæpe ſomno excutior ac totus contremeſco:
ne dicas me dormire uſq; ad multā noctem: & litteris ſecure operam dare. THE. Neq;
hoc qdem ex aīo te loqui putarim unquam. PLA. Nō aliter certe ſentio ac dix. THE.
Quid ſi tibi probaro: pauptatem diuitiis merito anteferendā & oīum bonorum quę in
uita fiunt cām eſſe? PLA. Age dic quęſo hoc eſt quod ex te ſcire cupio. THE. Artium
oīum tā liberalium quam mæchanicaꝝ inuentrix & auctor paupertas eſt. Quis ipulit
herodianū: appolloniū: phocā: apollodorum: ariſtarcum: palemonem artis gāmaticæ:
thiſiam georgiam protagorā Empedoclem agrigentinū alcidamantem: polycratē So-
cratem Ariſtotelem: theophraſtum hermagorā. M. Catonē. M. Tuliū rhetoricæ: dia-
lecticę ac philoſophiæ parmenidē meliſſum Platonē Socratē Ariſtotelē: aritmeticæ hi
ſmachum dinocratē: geometrię Archimenidē Euclidem: muſice architā ariſtoxenū am
phionē Boetiū: aſtrologiæ piclem beroſum ptoloméū pcepta tradere? paupertas. Quis
ſutorē ſuere architectum ædificare: fabros deniq; oīum artium ex induſtria aliqd agere?
pauptas: arare ꝓfecto agrū fodere ſerire inſerere repaſtinare: & cætera ruris officia no-

bis obire neceſſe eſſet: ni ruſticos hoc agere paupertas cogeret. Præterea domos augeri
uicos cōponi reſpublicas exiguis incrementis conditas labore & ciuium induſtria extol
li uidemus: quod non fieret: adeo eſt humanū genus a labore ad otium & quietē ꝓnum
niſi ad id pauptate ĩpelleret. Mercatura certe quæ prouĩciis & ciuitatibus neceſſaria eſt
ad ĩportandas exportandaſq; res uſui hominū accōmodatas pauptatis inuentum eſt.
Adire ꝓfecto tot labores tot pericula quot nobis in uita ſeſe offerunt non facile inueni
tur qui uelit niſi coactus. Militiam pariter rerum publicarū neceſſarium & maximum
ꝓpugnaculū: qua infinitis prope laboribus & periculis uexamur quis amplecteretur?
niſi id facere cogeremur? Poſtremo qs deum coleret? Quis ſanctos? Si nuſquã pauper
tas eſſet? Hæc nos religioſos: hęc fortes: hęc induſtrios: hęc agiles: hæc ſanos & beneua
lẽtes facit. ℭ Cōtra uero diuitię ipſę homines reddūt intēperãtes: libidinioſos: inertes: ſe
gnes pingues podagroſos ualitudinarios hebetes ingratos deorum atq; hominum con
tēptores. PLA. Adde etiã iſtud ſi placet: paupertas reddit hoies fures latrones craſſato
res periuros mēdaces inſidiatores delatores deos atq; hoies ſpernentes. THE. Hoc ꝓ
fecto non ageret ſancta paupras: ea eſt. n. deſperatio & ſtulticia quędam. PLA. Pauper
tatis nimirum conſanguinea. THE. Deſine platyna maledictis paupertatem laceſſere.
PLA. Hanc certe qui laudent multos: qui uero ſequant paucos admodū uidi. Verbis
tantum magnificis & leuetis philoſophamur Theodore opera aūt cōcidimus. Cernere
licet ætate noſtra multitudinē prope infinitã eorū qui Xp̄i paupertatē & uitam imita
turos ſe uoto & ſacramento polliciti ſunt: ex his certe paucos inuenies uere pauptatis
amatores: & ſi diligenter eoꝝ manus obſeruaueris: ꝓfecto uidebis eos ſub hoc paupta
tis noie magnas ſibi quotidie paredi uitias. Crebras adeūt moriētiū hęreditates fundos
uillas iumenta: ad augendas opes magnis ꝑciis emunt & cōducunt. In petendo effuſi:
in errogando uero parciſſimi ſunt. Quod ſi beneficiū aliquod ut ipſi appellant: paulo
opulētius uacauerit: quãta ambitione & cupiditate id petant tuipſe q noſti auaræ baby
lonis cōſuetudinē nō ignoras: quiq; huius q rerum potitur rapacitatē & habendi ſitim
ēt in quauis re minima quotidie uides. THE. Eos ꝓfecto decet qui aliquo in ꝑcio apd
ſuos cenſentur diuitias & opes ſibi cōgruentes: honeſte tn̄ ac iuſte parare: ne contēptui
hominibus ſint. PLA. Non ne igitur malū inopia eſt? Quæ ridiculos (ut ait ſatyrus)
facit hoies eos ēt q in magiſtratu ſunt conſtituti? THE. Hos uero ſolū nō ēt priuatos
lędit. PLA. Sit ita ſane ut dicis: tū ꝓfecto ſi hic ſis aliter ſentias ut comici uerbis utar.
Vnum te rogo ne de pauptate uerbum ullum amplius facias. Audire eius nomen quã
frequenter opprimor: & prope enecor ſine magno merore nō poſſum: ad reliqua ſi pla
cet pergamus. THE. Qui ĩgeniū tuū nō noſſet ex aío certe te loq putaret. Sed dic q̄ſo
quid aliud eſt qđ te ꝑmat. PLA. Captiuitate ut uides ac uinculis crucior. THE. Quid
tibi uero ob tãtulã calamitatē accidiſſe putas? PLA. Omni libertate ſpoliatū me uideo
qua certe nil pōt eſſe hoi bn̄ inſtituto utilius ac grauius. Quid. n. habet cur in uita eſſe
uelit is cui libertas ſublata eſt? Videmus ꝓfecto animãtia oia hanc ꝑmaxime expetere.
Quod ſi cui in uinculis & cauea eſſe cōtigerit: unde poſſit in liberalitatē ꝓdere & erūpe
re oi conatu experit & tentat. Hoc uero ſi tanq̄ munus diuinū bruta mētis & ĩgenii ex
perti a tãtopere expetūt: idē nō faciet homo cui ob dignitatē excellētiæ cuncta aialia pa
rent & obſecunt. THE. Hoi ꝓfecto cōſtãti & forti ſatis eſt libertate aí uti. i. honeſtę &
cū uirtute uiuere: quod fieri ēt in phalaridis boue ut ait epicurus a quo uis hoie bn̄ inſti
tuto pōt. Erūnoſum qdē. M. Regulū dū a penis cruciabatur fuiſſe dicimus. Idē dici de
Catōe pōt dū in carcerē duceret: de Socrate: de Seneca dū ad mortē obeundū tyrãno
rum iuſſu

rum iuſſu cogerent̃.Idẽ de Laurẽtio Stephano dicendũ cẽſeo ac cęteris martyribꝰ quo
rũ de numero nõnullos ẽt in ipo cruciatu deũ hymnis & cãtu laudaſſe itelligimꝰ:quod
poſt illos cruciatꝰ magnã ſibi ꝓpoſitã fœlicitatẽ & gloriã cernebãt.PLA.Separas tu q
dẽ ut uideo erũnoſos ab iſœlicibꝰ.THE.Quid ni erũnoſos dicimus calamitatibus op
ꝑſſos qđ qdẽ ad corpus & bona fortunę ſpectat.Infœlices uero eos q aĩ morbo aliquo
laborãt ut cõtra fœlices uocamus:quoꝝ aĩ ſecundũ uirtutẽ in uita ꝑfecta a rõne nũquã
diſcedũt.PLA.Virtutis(ut ait Cicero)laus oĩs in actiõe cõſiſtit.THE.Ita ſane.PLA.
Agere ſm uirtutẽ quonãmodo poterit:q uinculis & carcere detinet̃?Prodeat in publi
cũ neceſſe eſt quẽ liberũ:uolumꝰ ut oppſſos potẽtũ ui adiuuet ignaros doceat deliquẽ
tes caſtiget errantes in uiã rectã ꝑducat:ſi parẽtes hẽt eos paſcat ſi filios enutriat amicis
bñ cõſulat ꝑriã qbuſcũq; rebꝰ poſſit iuuet tũ:cõſulẽdo tũ magiſtratꝰ ſibi cõmiſſos iuſte
modeſte cõſtãter obeũdo.Arma in hoſtes ſi bellũ illatũ fuerit ſumẽdo uigilãdo cohor
tãdo de uirtute timore & ignauia nil remittẽdo.Hęc ꝑfecto niſi ab hoĩe igenuo & libe
ro fieri nullo mõ pñt.THE.ergo ſenatus ille cuiꝰ cõſilio nõ manu & opa po.Ro. ute-
bat̃ fruſtra a Romulo primũ iſtitutus:poſtea a cõſulibus auctus ẽ:ſi nihil fieri ſm uir
tutẽ põt niſi ab eo q uiribꝰ & corpore integer eſt.quiq; ꝓficiſci quo uelit poſſit. Minus
ne appium cæcum:Scipionẽ ualitudinarium:Catonẽ ſenẽ:ac pleroſq; alios uulneribꝰ
podagra paralyſi ſtupore mẽbroꝝ occupatos ꝓfuiſſe reip.exiſtimamus:qđ his ægri-
tudinibus grauius ẽt quã carcere & uiculis ꝓmerẽtur. Nõ ꝑfecto ſedebat ſenatus ille au
guſtiſſimus i curia & cõſilio qua rõne totũ orbẽ populus romanus occuparet oñdebat
quo tpe reſpublica illa florẽtiſſima iperio reꝝ potita eſt: ubi uero ambitiõe & temerita
te quorundã contẽni & extigui tm̃ lumẽ cœptũ eſt:iperiũ illud patrũ ac ſenum hume-
ris fundatũ & retẽtũ penitus corruit.PLA.Hęc tua dicẽdi copia adeo me certe iuoluit
ut quę ſentiã libere loq mihi nõ liceat.Vna quæq; ætas ſuũ ꝑfecto munus habet.Ado
leſcentes quoꝝ uita oĩs ad uirtutẽ dirigẽda eſt doctrinę & eruditioni operã dent opor-
tet.Iuuenes & q in media ętate cõſtituti ſunt:agere ſm uirtutẽ ꝑceptis & iſtitutis cogũ
tur.Senũ uero quoꝝ ætas qetem & laboꝝ uacationẽ emerita eſt cõſulere docere admo
nere ꝓpriũ eſt.Iuuenẽ me eſſe florẽtis ætatis uides:ad labores ad uigilias ad negotia ſa
tis aptũ. Hoc autẽ ętatis flore qđ mihi uti nõ liceat uehemẽter doleo. THE. Id mihi
qdem optare uideris:qđ multi oĩ ſtudio ac diligẽtia declinãt.Quare id cupias certe nõ
ſatis uideo.PLA.Honoris hercle & glorię cã:ad quã natura ferimur oẽs:ſed alius gene
roſior eſt alio magis.THE.Neq; hoc quidẽ admodum expetendũ eſt:cũ ſine ambitio
ne ac uitio non fiat:precari.n.indignos cogimur & largitiõe uti qua ex re infecta prope
mala naſcantur oportet:cum ii quoꝝ in ꝑtãte magiſtratus ſunt his tantũ eos decernãt
q enixius rogare uel maiore largitiõe uti conſueuerunt.Hanc ob rẽ fit ut indigni bonis
anteferant̃:& ii q alliis ꝓeſſe cupiũt:ſpreta modeſtia & æqtate ex alieno rapiant:fraude
ui dolo qđ his largiant̃:quoꝝ opera & auxilio magni in rep.eſſe ꝑcupiunt. Hic furtũ:
hinc ſacrilegiũ:hinc depeculatus:hinc rapinę:hic cædes quotidie naſcunt̃ cum maxio
rerum pu.detrimẽto & interitu:ſunt nobis exemplo Romani:ſint carthaginenſes:ſint
lacedemonii:ſint athenienſes:quoꝝ reſp.magnę illę quidẽ ac ꝓclarę:q̃ nunquã finẽ ha-
biture uidebant̃ funditus ſunt euerſæ ciuiũ ambitiõe & auaritia.PLA.Nemo ergo tua
ſnĩa ad magiſtratus & reſpu.gubernandas accedet unquam:& ob eã rem in curia & ne
gligẽtia interibunt oĩa.THE.ut ad ſacra ſic ad reipu.& magiſtratuũ oĩum gubernatio
nem expiatos hoĩes ꝓficiſci uellem ſi fieri poſſet diſciplinis omnibus & ꝓſertim ciuilis
uirtutis ſcientia ĩbutos:qđ ſi fieret fœlices(ut ait Plato)reſpu.hẽremus:Tu uero ſi pa

re.STE.Age dic qd ſit amor.PLA.Amor duplex eſt honeſtus.ſ.& inhoneſtus.Ho
neſtus eſt q oritur inter duos natura quoad fieri poteſt:& ſimilitudine bonorꝝ morum
perſimiles.Qualem fuiſſe Scipionis & lelli accepimus.Inhoneſtus aūt is dicetur:quo
corpore & animo Stolide qdem ad rem cōcupitam ferimur nulla adhibita modeſtia.
Hac perturbatione qui angitur nō uideo cur ſanus dici nullo modo poſſit:cū dulci ue
neno:amaro melle:triſti gaudio affectata deceptione delectetur.Vulnus(enim ut ait
poeta)uenis alit & cęco carpitur igni.Tanta ſiquidē huius morbi uis eſt: ut amantis ı̄
mo ut uerius dicam amentis aium cruciet: corpus conficiat:mentem ita ſede rōnis di
moueat:ut nil tandem præter imaginem & ſpeciem.Vnde zelotypia dicta eſt amaſſe
uideatur.STE.pinxiſti mihi ut uulgo dicitur ı̄feros.Male ꝑfecto mereris de amore
qui ſic eum ut rem peſtiferam & pernitioſam deteſtaris.Caue platyna iram tanti nu
minis hac uerborum licētia in tuam pernitiem cōcites.Cum uoluptate eni ut arbitror
nondum in gratiam rediiſti:proinde deſine eum maledictis inceſſere:cuius ſęuitiam
& olim

& olim expertus es & in futurũ fortaſſis experiere. PLA. Dic meliora quæſo: qđ uis.n.
ſuppliciũ pati malim quã tot æſtibus ac tãta carybdi ruſum uexari. Fatebor ego inge
nue qdẽ dũ feruore adoleſcẽtiæ æſtuarẽ amoris ꝓcella & tẽpeſtare diu uexatũ neq; pri-
us portũ qetis attigere potuiſſe: quã expiata mẽte amoris illecebris phiæ me totũ ac ne
gotio addixi. Adoleſcẽticus.n. nulla res otio & q te ꝑnitioſior eſt. Vñ Naſo poeta hac
peſte laborantibus remediũ daturus. Si tollas inqt otia ꝑiere cupidinis arcus. Ea eſt.n.
adoleſcẽtiũ natura: is ætatis feruor: ut ocioſi male agere diſcãt. Nec mirũ cũ in eos plus
iperii ac ꝓtãtis hẽat apetit⁹ quã rõ. Agitanť ſiqdẽ infinitis ꝓpe cupiditatibus nũdũ in
diſciplina bñ uiuendi ob tenellã ætatẽ firmatis eoꝝ animis qđ fieri ſine tẽpore & longa
exercitatione minime põt. Quare ſi ſapis Stella meo & alioꝝ exẽplo edoct⁹ tibi ab hac
peſte cauebis. STE. Nõ poſſum ego adduci ut credã id eſſe malũ qđ animãtibus oib⁹
utiliter a natura datũ eſt. Natura.n. ut audiuiſſe a phis me memini nihil agit fruſtra: de-
ficerẽt ꝓfecto ſpẽs animãtiũ oium niſi hac coeũdi cupiditas & amor uiuẽtibus naturali
ter inſitus eſſet. Habet mea qdem ſnia neſcio qd diuinũ cũ ad imortalitatẽ formarũ oi-
um ꝓſpicere uideať. PLA. Amorẽ eẽ rẽ pręclarã & diuinã nõ negauerim ego. cũ oẽ qđ
in mũdo moueť & agiť beniuolẽtia & amore quodã moueať. Nã ſuperiorũ ſpherarũ
& ſiderũ planetarũq; curſus beniuolẽtia quadã in iferiora agunt. Cũ eodẽ mõ ad diuinã
dã geniturã reꝝ oium ſemp ſeſe habeãt. Rurſum ignis aer aqua terra ea beniuolẽtia ad
ꝓcreationẽ reꝝ generabiliũ & corruptibiliũ cõcurrũt ut partẽ naturæ ſuæ idiuiduis ad
dant. Verũ hic amor utpote diuinus eodẽ ſemp mõ ſeſe habet nõ appetitu nõ cupidita
te nõ licentia nõ laſciuia nõ libidine ut is quo te angi uideo efferť: quod ſi quẽpiã iuuene
ro his cupiditatibus tãquã teterrima labe repurgatũ ad ꝓcreandũ: & cura eoꝝ q̄ ꝓcrea
ta ſunt ſancto legitimo honeſto amore efferri: eundem caſte integre & ſancte amaturũ
dixero. STE. Nimium reſecas hęc ad uiuum Platyna. Nemo certe hac tua ſnia honeſte
amabit & quod deterius eſt multos hac tua uerborũ ſeueritate a tanta tãq; utili & neceſ
ſaria re auocabis. PLA. Didiciſti ni fallor a ſtoicis nil eſſe utile qđ non ſit honeſtũ. pro-
inde deſine neceſſariũ id & utile dicere quod cũ turpitudĩe & flagitio fit: ſtuprũ nanq;
cõmittere inceſtum adulteriũ ſacrilegiũ: ita ꝑ ſe nefas eſt ut honeſto & utili contrariũ nil
magis uideatur: Honeſte.n. ut ante dixi is amare diceť: q ſpreta quoad fieri poterat im
moderata cupiditate qua pleriq; oẽs ferimur cõiunctionẽ appetet: ut ſimile ſibi qddam
procreet: quo nihil põt eſſe homini bene morato & ciuili iocundius: cũ uidet in filio ho-
neſto & legitimo mrĩmonio nato imortalitatẽ ſibi per ſucceſſionẽ generis quodãmodo
parari. STE. Eadem ratio & maior fortaſſe iocunditatis & utilitatis in notho eſt quam
in legitimo: cũ plus in illo creando amoris cõcurrit: quę res diuina habeť quã in hoc quẽ
facta neſcio qua ſeueritate ꝓcreari dicis. Quaſi uero generari quiſquam in quauis ſpecie
poſſit: niſi interuenerit titilans illa libido quę in generatione cũ uoluptate maxima ſen
titur. Hanc ego ita utiliter animãtibus omnibus a natura datam puto ut hac ſublata in
contemptũ uenturam generationem exiſtimẽ: quaſi hac ut illecebra quadam exciteñť
ad ꝓcreationẽ oia. PLA. Epicurus omnino es ut mihi qdẽ uideť: qui uoluptatem plu-
ris quã honeſtatẽ & utilitatẽ facis deciperis ꝓfecto cũ ex non bona cauſa tantam tanq;
pręclaram rem oriri dicas. Non negabo ego titilationem tanq̄ inſtrumentum quoddã
in generatione neceſſarium eſſe: non tñ oino dicam ex tam uiliſſima re potiſſimum ani
mantium in diuidua procreari. Quid? Putas ne eam philoſophiam quæ de moribus
eſt fruſtra & inutiliter a phis excogitatum eſſe? Hac retineť in officio corpus multis ac
maximis uoluptatẽ illecebris tãquã peſſimis ſatellitib⁹ obſeſſum. Hac ſenſus caſtiganť

hac appetitus obtẽperare rationi cogitur. Hinc tanq̃ ex fonte honeſti qd deceat in uita:
quidq; dedeceat deprehenditur: hinc matrimonii ratio qua uetamur tranſire lineam ad
utilitatẽ & dignitatem humani generis inuentam: cũ hoc uinculo frena uaganti licẽtiæ
& libidini ſint iniecta. Taceo fortitudinẽ temperantiã iuſticiã quibus ut tolerantiã rerũ
quæ in uita accidũt perdiſcimus. Addo & abſtinentiã cupiditatũ: quibus tanquã pcel-
lis maritimis continuo uexamur: & æqualitatẽ: ſine qua ſtare mundus ne dicam ciuita
tes uix poſſet. Hoc pulcherrimũ inuentũ hoc donũ deorũ contemnere oĩno uident: hi
qui rapere ex alieno: qui timide & inconſtanter agere: qui in appetendis rebus nullum
habet honeſtũ finẽ nullam cupiditatum & libidinũ metam in aliena uxore appetenda
in uicianda uirgine in quouis inhoneſto & illicito concubitu. STE. Iſtud tuum . . hari
Platyna ad rẽ noſtram nihil facit: amandũ. n. potiuſq̃ non amandũ adoleſcentib9 uti-
le: & neceſſariũ multis rationibus oſtendam. Vtile id nunc ego exiſtimo q̃ uulgus bo-
num expetendũ dicit: ne rurſum me in noĩe polyſimo captes. PLA. Neq; mihi quidem
diffutura argumenta arbitror quibus oſtendam te errore maximo detineri: qui tam ob
nixe pro uoluptate certaturum te polliceris. STE. Mecum agas ſolygiſmo nullo mo-
do uelim. PLA. Ab utili ſumentur argumenta. Sed unũ te monitũ uelim: ne de amore
qui ad legitimũ cõnubium reſpicit uerbũ nullũ facias: ne rem inhoneſtã ſancto tuearis
nomine. STE. Nulla profecto res eſt: quæ magis excitet adoleſcẽtes ipſos ob tenellam
ætatem dormitantes q̃ amor ipſe. Viſa. n. pulcherrima forma auditoq; dulciſſimo con
centu olfatu item ac tactu rebus ſuauiſſimis excitatis aĩum adhuc recentẽ & ob eam rẽ
bonarũ rerum ignaram erigit: applicatq; illi rei maxime diuinitus credo quæ ei & ætate
& moribus & forma perſimilis eſt. Hãc ſequitur: hãc diligit: huic ut placeat greſſus nu
des manuũ ac totius corporis motũ decenter cõponit ut ciuis & non ruſticus eẽ uidea-
tur. Verba idonea ad perſuadendũ excogitat: oĩbus in rebus quærit ornatũ nitidus mũ
dus terſus ciuilis comis cupit uideri. Ruſticitatẽ & moroſitatẽ tanquã res pernitioſas
deuitat: maiores natu ueneratur: æquales obſequio & urbanitate ſibi deuĩcire ſtudet. Gym-
naſia uirtutis cã freq̃ntat. Quid plura? Nil dicit: nil facit: ex quo non eluceat puchritu
do quædam: dolet item ſicui iniuria infertur. Magnificus & liberalis ĩ eos eſt quos no
uit de ſe benemeritos eſſe. Quod ſi qd ei dicto uel facto exciderit: ut adoleſcentib9 nõ-
dum in uirtute bene firmatis contingere ſolet erubeſcit: dolet cruciatur & demum quie
ſcit nunquam: donec erratum uirtute & induſtria emendauerit. Fortitudinem uero bel
licam magnitudine rei delectatus ita amplectitur: ut honeſtam mortem quod mirum
in adoleſcente uideri debet ocioſæ & ignauæ uitæ anteferat: qualẽ fuiſſe Chorebũ Migdo
nidem legimus qui amore caſandræ incenſus in armis mori pro laude & gloria pulcher
rimum exiſtimauit. Non dico quid egerit Tydeus ob amorẽ Thebano. Quid achilles
Troiano. Quid æneas latino bello. Quid itẽ innumerabiles alii q dum oĩbus placere
ſtudent: maxime uero illi quã tanto pere amant nullum in grauiſſimis prælıis pro pa-
tria pro parentibus pro cognatis pro amicis periculum ſubire recuſarunt. Vnde quæſo
poeſim habemus uirtutũ oĩum clariſſimarum præconiũ omniũ optatiſſimũ? ab amo-
re. Quid ĩgeniũ orphei excitauit: Eurydice. Quis nobis catullum poetã dedit? leſbia.
Quis flaccũ? aſterie. Quis naſonẽ? corinna. Quis gallũ? lycoris. Quis anacreontẽ ly-
ricũ poetã? batillus adoleſcens. Quis Maronẽ deũ poetarũ? galathea nympha. Quis
pindarum? thearinus. PLA. Ex his mihi unus uideris eſſe Stella quos Ariſtoteles parũ
idoneos ad p̃bandum oſtẽdit. Fieri. n. minime poteſt: ut is recte de moribus & cauſis
rerũ diiudicet: q pturbationibus animi exagitatur. Vnde bene inſtitutũ pythagoricis cen
ſetur:

ſetur:q adoleſcētibus coꝝ gymnaſia doctrinæ cauſę frequentaturis in quīquēniū ſilentiū indicebāt: ne prius hiſcere auderent q̄ recte agere & docte loq didiciſſent. Senſus q̄dem dicis in adoleſcente tenero adhuc & imbecilli ob amorē & cognitionē rerū excitari quod contra uſu euenire cernimus:ad epulas ſiqdē: ad luxū:ad libidinē:ad ociū ſpretis legibus:ſpreta religione:ſprera diſciplina:incōpoſitis & diffluentibus ſenſib9:oī impetu ferūtur. Non formis reꝝ delectati ad quaꝝ cognitionē intellectus noſter dū perfeci ſtudet ſenſibus tāquā feneſtris & inſtrumētis qbuſdā utiť. Nil.n.in itellectu eſt quod nō prius fuerit in ſenſu. Hic ſapiēs quo aīum paſcat continuo ſumit:bonū a malo ſeparans:dulce ab amaro:utile ab inutili. At adoleſcēs q nō iudicio ſed libidine cuncta metiť:mulierculaꝝ illecebris & fuccato colore captus diuinū neſcio quid ī eis eſſe falſo extimans:quā amat hanc ſeqtur:hanc cupit:hāc probat:in hac bona oia eſſe putat:eius oculos faciem manus inceſſum motūq; ſic intueť & admiraretur: ac ſi ide eliei ſūmum bonū poſſe exiſtimet ad huius uerba ad cāpū nō ſecus flectitur ac nauigātes in freto ſiculo ſcribūt poetę:ſi qñ inſcii & incōſtantes ſyrenaꝝ cantibus delectati de nauigatione flexiſſent. Dices fortaſſe hac uoluptate nō adoleſcētes tm̄:qui magis ſequūtur affectus cruciari. Veꝝ ēt ſenes in qbus cupiditatū fomenta ob ſenectutē extincta eſſe deberent: hoc ego nō negauerim in quoſdā cadere q uel natura uiuaciores ſunt: uel minus belle ī uita uoluptatibus obſiſtere:ut de Salomone & Dauid legiť. Flexit irē pulchritudo helenę apud Homerū ſenes troianos:q ſceā portā cōſcenderāt:Paridis & Menelai ſingulare certamen inſpecturi:eo nāq; cū mulier tanti certaminis præmiū aſcenderet elegantia formę adeo mentes ſapientiſſimoꝝ uiroꝝ primo cœpit:ut tantū bellū eius cā merito dicerēt eē cōcitatū:addidere tñ prudētiſſimi ſenes ſuoꝝ credo cladib9admoniti & ab appetitu ad rōnē reuocata mēte: ueꝝ hēat q̄q̄ pulchra potiuſq̄ pīię nr̄ę pnities ſit. Nō idē ēt cōtingit his quos meduſa incredibili ſua pulchritudine pœm in ſaxa:parti ī bruta cōuertit. Saxei nimirū fiūt hoies:& ī brutorū trāſeūt naturā:q mulierculaꝝ forma & illecebris capti uitā agūt intēperātē & libidinoſam. Nec excitanť ut dicis adoleſcētes ad uirtutē ob amorē cū nihil ſit tam uirtuti cōtrariū q̄ flagitioſe & intēperanter uiuere:q̄q̄ nō cōſtanti & ſuo ſed alieno ut amātes ſolēt pēdere arbitrio. Igiť ī fabulis Iouem quoq; Martē Mercuriū cæteroſq; deos puellaꝝ amore exarſiſſe:quod ideo certe ſcribunt poetæ:ut oñdant uiros ēt ſapientes & fortes quos uel deos uel ſemideos: ut Herculē Theſeum Pirithoū uocamus:pturbationibus & qdē uehementibus interdū cōmoueri: ſed eos uirtute & cōtinētia detētos a tanto dedecore & turpitudine tandē redimi. Præterea qd eſt qd' tam auocet mētē aīantiū a rōne beneuiuendi q̄ amor ipſe? Vnde certe oēs aī pturbatiōes oriūtur:crudelitas:ut de medea legiť: q ut Iaſonē quē deprobat tutius ſeq̄reť. Abſyrthiū fratrē in itinere lacerauit:quo patrē inſequentē dolore quē de morte filii capturus erat remorareť. Eadē quoq; ira pcita qd'nouos amores ſuis pſerri uidebat:duos filios ex Iaſone ſuſceptos diſcerptos in ora patris cōiecit. Quid pgnes ſtuprata ſorore? Nō ne patri Thereo ob uindictā Itym filium Epulandū appoſuit? Atreus itē ſimulata recōciliatiōe cū fratre:q eius uxorē inceſtaſſe dicebať:Thyeſte filios epulandos appoſuit. cōiurauit Clytemneſtra cū Egyſeo adultero in pnitiē mariti Agamēnonis:quo interempto Horeſtis furor in matrē cōcitatus eſt. Donauit ſcyllā niſi Minoi regi cui9 amore tenebať ſublato furtim crine aureo uitā & iperium patris: huius aūt tanti facinoris meritā poſtea mercedē ſcelerata filia cōſecuta ē. Decepit Theſeus Ariadnem cui fidem cōiugii dederat: prælata phedra: Hæc poſtea amore Hippoliti incenſa patrem Theſeū in perniciē filii concitauit. Ceſſauit a uirtute Hercules amata Iole & Deianirra

cuius gratia & tātū robur cæcidit magnas clades Achillis ira danais iniecit ſublata bri
ſeide:quam mirumimmodum amabat: hinc deinceps Polixene nimius amor ad interi
tum perduxit: Demophontis tarcus reditus amanti phillidi exitio fuit. Periit in undis
Leander: dum boſphorum noctu ad amicam natitat. Remorata eſt ulyxem circe re-
tardauit Annibalem quominus uictoria uteretur amor fæmellę apulę. Tarquinio regi
exitio fuit ſtuprata a ſexto eius filio lucretia. Periit in uinculis Claudius decemuir quod
uirgineam uirginii filiam ob amorem in ſeruam ſūmiſſis falſis aſſectoribus uindicare ſi
bi contra ius faſq; conatus eſt. Virtutem. G. Cæſaris non nihil retardarūt illecebre cleo.
patræ quæ poſtea. M. Antonium minus certe conſtantem omnino dedit peſſum: quid
memorem quæ ſcelera? quas cædes? quas proditiōes ob amorem commiſerint? Claudi
us callicula: Nero qui cognatarum & affinium neſandos concubitus non reformida-
runt? Dicis præterea adoleſcentes amore ad ſtudia bonarum artium ad omnem deniq;
uirtutem excitari? Sed per deum immortalem quonammodo fieri poteſt: ut qui flucti
bus perturbationum omnium uexatur mētem alicui præclaro negotio applicet. Amē
tium enim ii ſunt cruciatus dolent quam alium uident ſibi in amore praferri. Gaudent
ſi quid uel minime ſpei redeundi in gratiam uiderint: timent puellarum leuitatem: ira-
ſcuntur cum datam ſidem falli uident: His affectibus fit ut non ſolum ſtudia diſcipli-
narum omittant quę mentem quietam & omni prorſus perturbatione carentem requi
runt: uerum etiam patrimonia diſſipent: parentes decipiant: amicos poſt habeāt. His
autem erroribus plenę ſunt comediæ poetarum omnium. Conqueritur in andria ſimo
de perfidia daui de contumatia filii Pamphili aliam quam ipſe uolebat amantis. Cru-
ciat traſonem Thais in eunucho pellit in militiam durus pater cliniam amantem: qua
ex re ἑαύτον ταιο μῦρλυνᾶιο ἄιχᾶ obiurgat mitio denicā fratrē quod in filios amātes nulla
indulgētia utatur. Elegia quæſo a poetis celebrata quid aliud ſibi uult quā ut alioꝝ ma
lo & exemplo docti adoleſcentes carynibdim amoris deuitent. Deſcribit affectus heroi
dum Ouidius. Narrat miſerias ſuas propertius. Maledicit nonnunquā amicæ: & lenā
crebro exacratur: Iratus tibullus: Ardet in alexi Vergilius: inſanit ob amorē archilocus
mœret & lachrymat abſente phaone ſappho. Non negauerim ego iſtorum ingenia in
dignitate rei mota dignū aliqd excudiſſe. Sed perinde eorum dicta accipi debent atq;
uatum inſanentium reſponſa quæ ſiqdem ad rationem bene uiuendi pertinēt ſuſcipien
da ſunt. Quæ uero ſecus caute uitanda ac ſi roſas e ſpinis deligeremus. Memini me ui
diſſe in gymnaſiis italicis adoleſcētes: & quidem p̄ſtantis ingenii qui omnino ex amore
perditi otio & laſciuia florem ætatis conſumpſere earum doctrinarum omnino ignari
quorum gratia a parentibus cū magno diſpēdio rei familiaris ad p̄ceptores ſunt miſſi.
hinc oritur deſperatio ſero penitentia ſubeunte cum uident ingenium ſimul cum re ſe
amiſiſſe. Hinc furta hinc rapinę hinc cædes hinc contemptus deorum atq; hominum.
Quid qđ in uerbis uultu motu corporis non ſanam mentem amantes præſeferunt?
Vt de didone Vergilius: Incipit effari mediaq; in uoce reſiſtit: nō dormiunt noctu ſur-
ſum atq; deorſum curſitant: uſq; ad lucem uigilant: ſuſpirant lamentantur exanimant
quauis minima ſuſpitione. Non leuantur hac cura publicis ſpectaculis nō ludis nō io-
cis non uenatione nō aucupio faſtidiunt omnia riſus quidem in eis ſardonius eſt. Vide
as plerumq; hominem tremere pallere oculos retorquere & omnino mente alienari ac
ſi morbo comitiali agitaretur: quęrit rixas quærit iurgia quęrit lites digladiari etiam nu
dus cū armato nō recuſat adeo demens & inſanus eſt: ſtare promiſſis neſcit. Si quid iu-
tamento

ramento etiam promiſit idem poſtea periurio negat: neq; pollicetur putes eum præſta
re? De rebus omnibus uicio mẽtis peruerſę diiudicat: quod falſum eſt affirmat: quod ue
rum refellit: ſi quid ei præter ſpem acciderit non ignauiam non ſtoliditatem ſuam accu
ſat: ſed cœlum ac deos. Hominem ad tempus maxime autem ubi amica ei arriſit ciui-
lem comẽ facundum putabis: mutata uero fortuna inurbanum contumacem moro-
ſum ac petulantem dices. Videas eum interdum ſquallidũ pallidũ macellentũ: ac ſi ab
inferis rediret: adeo eſt a corporis cultu & ornatu uirili alienus. Interdum uero ita mũ-
diciis ſtudet ut nihil niſi ſexu a proſtituta differat. Iter ſi quo cœperit imprudens facile
de uia flectit. Interloquendum intercœnandum perſæpe fieret cogitabundus quonam
pacto amata potiatur: hac cogitatione plurimũ ſe oblectat in hac quieſcit. Neq; eſt cur
in tanta animi & corporis perturbatione de eius ſalute queas ſperare: cum neq; bene ad
monentium conſilia audire neq; amicorũ remedia pati uelit. Fortitudinem & modeſti-
am non eſſe ullam in tam perdito adoleſcente quis non uidet? Cum ab improbis domi
nis dedecoris & turpitudinis facillime & primo congreſſu ſuperetur. Hunc ego fortem
in rebus bellicis credam quem ſola muliercula reuinctum grauiſſimis catenis in trium-
phum ducit? Quem uerberatum tanquam nequiſſimum ſeruum expellit reuocat pro
arbitrio quonammodo hoſtem armatũ feret: qui ne femellæ quidem ſubiratæ uultũ fer
re poteſt? ſub galea ne? ſub ſago? ſub aggere? ſub pellibus? Militaris labores & uigilias
patietur? Qui ob intemperantem uitam effeminatiſſimus eſt factus? Illum poſtremo
liberalem in amicos exiſtimabo: qui neq; unde ſuſcipiendũ neq; cui dandum et quantũ
ſatis ſcit. Niſi forte liberalis is dici poteſt q & lenonibus & meretricibus & proſtribulis
explendę libidinis cauſa quod habet incõſulte ac temere effundit. Quid quod morbus
iſte eo dementiæ et deſperationis amantes nonnunquam perducit ut ſibi manum inici
ant? Vt de Pyramo & Tiſbe apud Ouidium legimus: de Didone apud Maronẽ: qui in
ficta perſona amantis fœminæ perturbationem mentis & rabiem appoſite & elegan-
ter ſcribit. Libet hoc in loco unum profiteri: nullam peſtem ac concitatione amoris ho
minibus capitaliorem eſſe. Induſtrium ſiquidem inertem: & deſidioſum facit. fortẽ im-
becillem & effeminatum: magnanimum: timidum: liberalem: auarum: ut habeat pecu
niam inſtrumentum libidinis. Modeſtum & temperantem: incontinentem & uolu-
ptuoſum: prudẽtem inſanum & ſtolidũ: urbanum ruſticum: ciuilem & iocundũ: mo-
roſum ac difficilem: uerum mendacem & fidefragum: humanũ crudelem: ut de phineo
legimus qui filios proprios ob amorem harpalacis obcecauit. STE. Retexiſti ꝑfecto
uulnus amantum: neq; me piget omnino tecum hac de re locutum eſſe: aperte enim ui
deo quo errore ſim implicitus. Verum nihil abſte actum eſt: niſi addideris qua ratione
mihi a tanto malo cauere poſſim. PLA. Si eius rei quam amas naturã & mores inſpe-
xeris facile a tam intemperanti & libidinoſa bellua animũ tuum reuocabis. STE. Scio
adoleſcentes ætatis uitio libidine maxime agitari: his ſi fœminarum concubitus inter-
dixeris in maius fortaſſe ac tetrius uitium prolabentur. PLA. Si erunt bene morati &
ſi flagitioſam pediconum ac puſionum uitam inſpexerint facillime honeſtatem turpi-
tudini anteponent. Hoc enim uitio nullum poteſt eſſe turpius ac pernitioſius: deroga
rẽ ſiquidẽ uidẽtur ii qui hoc fędiſſimo morbo laborant fecunditati humani generis cũ
uirili ſemine aliter utuntur: atq; utendũ a ſummo deo accepere. Ducant uxores illi qui
minus conſtanter ueneri reſiſtunt: procreent ſibi ſimiles: hac propagatione faciant ui-

ſos:augeant ciuitates.STE.Videris mihi inconſtanter loqui:qui in uno reprehendis:
quod in altero probas:ducere uxorem eandemq; aſpernari maxime mihi contraria ui-
dentur.PLA.Laudaui ego ante & nunc laudo amorem:unde connubium oritur.Vitu
peraui itemq; aulterium inceſtum ſtuprum ac cætera flagitia uenerea præſertim.STE.
Redi quæſo ad id quod inſtitueras & qua ratione animum ab amore auocem oſtende?
PLA.Primum conſideres oportet: quanta ſit dignitas uirilis quot præclara munera ſe
orſum a fœmina ſunt data: tum ingenii tui: tum corporis: quanta conſtantia: quanta
prudentia:quanta diuinarum humanarumq; rerum intelligentia: quantum robur i ob
eundis negociis tum domi tum foris.Deinde oculum flectas:ad hoc animal imperfe-
ctum omnino imbecilitate ſua contẽnendum:in quo certe ſi quid dignitatis & p[illegible]chri
tudinis ineſt id totum uiro eius gubernatori tanq; rudis & incompoſitę maſſę: quaſi
ſtatuario cuidam tribuẽdum eſt.Natura enim(ut Ariſtoteli placet) formis omnibus
marem tanquam rem perfectam ſpreta fœmina nititur efficere:ad huius uero integrita
tem omnes uires confert:huic ſe accommodat:in hoc ſe oblectat:quod amplitudinem
ſuam ex perfectiore re extolli putat.Fœmellam aũt ſi præter ſpem uel per accidens(ut
philoſophi dicunt) creauerit eam nobiliori cuidam annectit: emendatura quoad fieri
poteſt erratum ſuum.Hinc eſt quod hoc animal tam cupide uirum appetat ab eo ac-
cepturum quod ei natura quidem deeſt.Verum tanta eſt imbecilitas & inconſtãtia hu
ius ſexus ut uirum non omnino ſapientem e ſede plerũq; ſua facillime dimoueat: huic
autem periculo non obiicio ego niſi uiros probatos & conſtantes. STE. Mitte quæſo
hoc tuum philoſophari & uulneri noſtro iam diu detecto medere:ne continuo crucia-
tu peream.PLA.In muliere non caſta nil boni eſt quare ſit appetenda ſiue eius animũ
ſiue corpus inſpicias.Fallax ſiquidem & mẽdax eſt: ac rerum omnium turpiſſimarum
affectatrix:non herbis:nõ uenenis:nõ comitibus:non execrationibus parcit explendæ
libidinis cauſa: quod ſi demones rei ſuæ fauere exiſtimauerit: contempta religione: &
ſpretis diis immortalibus:eos colit:eos inuocat illis ſe totã tradit. De crudelitate eiuſ-
dem & pertinacia non eſt cur ambigas:cum Tygride immanior ſit inuenta: ut de Me-
dea & Agrippina legitur:quæ in multorum necem ob libidinem conſpirarunt. Nul-
lum præterea bellum grauiſſimum exortum eſt:quod ex hoc malorũ omnium fomen
to non ſit concitatum ut Helenæ ionis Europę hiſtoria indicat:quot cędes:quot incẽ-
dia:quot rapinę:quot ſtupra:in tam grauiſſimis bellis ſint cõmiſſa excidium ilii perfaci
le indicat.Nulla eſt in hoc ſexu conſtantia:nulla fides:in rebus autem turpibus mali-
tia & pertinacia utuntur pluſquam dici poteſt ſemper enim cogitat quomodo hũc ex-
pilet:illum circumueniat.Maritum ſi quæ habet illi omnia de ſe bona pollicet̃:illi blã-
ditur:illum uerbis deum eſſe oſtendit.Mœcho deinde oculis uultu manibus execratio
ne uel ſigno aliquo concubitus ſuos pollicetur. Eſt præterea tantæ audaciæ & callidita
tis:ut in crimine deprehenſa:ſumma cum pertinacia ſe recte feciſſe audeat approbare:
polliceri aliquid & pollicitum negare apud eam pro ludo habetur: adeo eſt fallendi
cupida. Non dico quos gemitus: quas lachrymas: quæ ſuſpiria ſimulet decipiendi
amantis uel mariti gratia.Si quid ei quod non placeat fuerit imperatum. Quale illud
& quomodo ſit agendum ſimulata ignoratione neſcire ſe oſtendit. Facillime uero ad
omnes affectus mouetur nec ſecus mobilis ac frondes ſunt flantibus uentis.Inuida eſt
auara ut amphiarei thebani uatis calamitas oſtendit: quem uiſo argiæ ceſto quęrenti-
bus prodidit.

buſ prodidit. Non ſi poſſet maritum uel amicum ex quouis grandi periculo uno quadrãte redimeret: nulla pietate: nulla gratia: nulla miſericordia: nulla religione: ad officium mouetur: non credit deos eſſe nõ ſanctos: ſpectatum (ut inqt Naſo) uadunt ſpectentur ut ipſe. In inceſſu dii immortales quam pompam: quos faſtus oſtendit ut canis rabida: ut tygris excandeſcit. Si quis ei ob iter ſtructuram pallioli uel rugam paulo indecentius mutatur. Quanto ſtudio faciem quærat ſpeculo: quibus medicamentis eandem lineat: qua arte crine flectat: qua diligentia ſinus cycladis & rugas componat: norunt ancille coſinetæ quas uerberat: quas cruciat: ſi qua ruga paulo in comptius ab humero defluxit. In his nugis diem conſumunt. periture dolore & inuidia ſi qua uiderint ornatiorem ſe in publicum prodiſſe. Hic eſt qđ aduerſę cubãt marito: hic ſuppellectilia oĩa reſupinãt. Hic ſeruos eiiciũt domo: hic ancillas uſq; ad necẽ uerberant: nec tãtę irę modꝰ ullus ineſt: donec maritũ uel amantẽ impulerit diuẽdito etiã patrimonio: ſericas ueſtes & purpureas zaphiros ſmaragdos chryſolites margaritas & qcquid gẽmaꝝ i ꝑcio eſt ſibi emere. Vult gregẽ ſeruoꝝ: uult ancillas ex ſcytia uſq; & ethiopia emptas quã exquiſitis delectetur epulis neq; terreſtribus ſolum ſed maritimis non attinet dicere: cum tota uoluptatibus ſit dedita. Vult ædulos lactentes: adhuc gallinam: altilem: perdicem: ficedulas: anates: querquedulas: elixas: turdum: turturem: fartum: leporẽ: altilia ex farina inuolura: echinos: oſtrea: peloridas. Ex herbis: aſparagos: bulbos: erucas: & quicquid libidinem mouet. Vina non niſi precioſa bibit: quibus adeo ſe ingurgitat: ut mariti ſinum perſæpe urina & nauſea repleat. Faſtidit menſam non magno apparatu poſitam. Vult myrrina pocula: uult chriſtallina: uult pateras argẽto & auro cœlatas. Hæc aũt omnia quando placet: uel ſub haſta uendet: uel in pignus ponit: poſthabita cura rei familiaris. Balnea: porticus: theatra: ludos: choreas frequentat. His in locis quanta petulancia & procacitate utatur: indicant rixæ inter amantes ortæ: cum non unum ſed plures meretriciis illecebris ad amorem ſui pellexerat. Lenas habent quæ ualidos & membroſos mœcos magnis præmiis conquirant. Adeunt templa rem diuinam auditura ut ipſæ ſimulant. ſed uel deſidioſum monachum: uel fratrem ſimulatorem ac diſimulatorem: uel pręſbyterum intemperantem ad libidinem: oculis: lingua: labris: prouocat. His ſe totam trãdit: ab his ut pote libidinoſis & intemperantibus eius libido aliqua ex parte lenit̃. Labra dices eas & ſupplices quidem mouere. Quid aliud quęſo deum rogant: quam ut libidini ſatiſſiat ſuæ? Non pro ſalute mariti: uel filii: uel cognati: uel affinis uota ſuſcipiunt: ſed aut pro reditu mœchi ſi abeſt: aut pro ualitudine lenonis ſi ęgrotat. Si peregrinatio cum marito ſubeunda eſt: ualitudinem ſimulant: & langorem animi pręſeferunt. Si cum adultero: nullum laborem: nullam peregrinationem tum terreſtrem: tum maritimam recuſant. Eſt inſuper operepretium cognoſcere quos amatores ſibi deligant tam libidinoſę beſtię. Hęc enim ut luſcum aut lippũ amat. Illa aut claudũ aut uaricoſum: alia aut ſtrumoſum: aut gibboſum. Nec expectant ſemper ut eas adulter adeat ſed ipſe furiis libidinum incenſæ tãquam rabidę canes noctu ac die amatores inuiſunt: domum reuerſę ſi aut marito aut cognatis reddenda fuerit abſentiæ ratio cauſantur officii gratia ſe uel ad cognatum ęgrotantem uiſendi ac conſolandi hominis cauſa exiſſe: aut uicinam puerperam de more inuiſſe.

Deprehenſę in aliquo crimine & uerberibus cęſę continuo fiunt peiores: adeo ſunt
ad delinquendum pronæ: quid agant ipſæ inter ſeſe ex ſatyro cognoſce. Qui &
equitare inuicem & lambere ſe oſtendit: pręſertim cum uel calones: uel lyxas: uel
polyntores domi non habuerint. Non dico quibus conuitiis maritos abſentes la-
cerent: maxime uero ſi uel ob modeſtiam uel imbecilitatem naturę in uenerem fue
rint tardiores. Nolunt ullo modo hoc cibo defraudari ſęuiſſimę uiperę: quicquid
cogitant: quicquid ſomniant: quicquid agunt id totum ad rem ueneream ſpectat.
De continentia: de modeſtia: de pudicitia nullum uerbum. Illas fœlices ac for-
tunatas eſſe prędicant: quibus mariti uel adulteri intemperantes: ac libidinoſi con
tigere: quod crebro cum eis congrediantur. Quę conuiuia dii ímortales? Quas
epulas? Quam exquiſitas celebrant inter ſeſe? Vel cum amico maritis abſentibus:
quos certe uerbis lacerant: quos ignominia notant: dicit hęc ſuum ut ignauum &
nullius precii hominem tota nocte ſtortere: illa ſuum nimis ſapere: quod lunam:
quod ecclypſes: quod motum aſtrorum etiam in re uenerea obſeruet. Alia ſuũ nõ
plus mentulę habere quam tenellum impuberem. Quos audiunt ob magnitudi-
nem uirilis membri cum priapo certare: eos magnis preciis conducunt: his beryl
los his phialas is deniq; quicquid ꝓcioſi habent condonant: filiorum & mariti im-
memores. Sunt etiã quę in tanta rabię nimio uiri ſui amore detineri ſe optime fin-
gant: nam & blandis uerbis & compoſito uultu uenientem reſalutant: & ſi quan-
do ob mœcum abſentem ſuſpirant: id eis nimio ſuorum deſiderio accidere oſten-
dunt. Pendet fallax & blanda circa mariti oſcula quem in cruce ſi fieri poſſet deo-
ſculari uellet. Illius uitam ſibi cariorem eſſe ſua iureiurando affirmat: quam certe
non redimeret anima catelle ſi poſſet. Ad hęc animi uitia quam incompoſiti ſint
corporis: quam putridi: quam fœtidi: quam cadaueroſi attende: Et ſi enim natura
ſint earum corpora noſtris coruptioni magis ſubiecta: tamen adeo libidinoſę & in
temperanter uiuunt ut cadauere ſint fœtidiores: cum & dentes nimio faciei medi-
camine marcidos habeant: lippientes oculos: fraceſcentẽ cutem: ſtilantem ſanie na
ſum: pendulas & libidinoſas aures: defluentes capillos: limoſa labra: uenenoſas gẽ
giuas: linguam fellatricem: irrumatum guttur: anhelitum odore corrupti in ouo
pulli tetriorem: uuluam omni ſentia: omni latrina: omni deniq; cloaca putridiorẽ
barathrum dices apertum & auerni clauſtra relaxata: ubi mephitim illam perni-
tioſam & peſtilentem exhalat. Hanc cum rabie mixtam & extinguat: immo ut ali
qua ex parte leniat nullam cataſtam nullum poſtribulum nullum lupanar relin-
quit intactum: ut de iulia & Agrippina libidinoſiſſimis fœminis in hiſtoria legitᷣ:
neq; uirili concubitu contentę quaſi minus extinguatur tantum: incendium clunẽ
brutis etiam & aſello & tauro ſumittunt: quod ſalaciſſime paſiphaes probatur ex-
emplo: quę non contenta Minoe rege clariſſimo: ſuſcepta uaccea forma taurũ cu-
ius amore æſtuabat in coitu decepit. Huius tantummodo ſexus quanta ſit rabies
ex menſtruo ſanguine a genitalibus per crura labente deprehendi poteſt: quo mu
ſta aceſcunt: plante moriuntur: fructus immaturi decidunt: ſpeculorum dillu-
ciditas tollitur: Ferri acies hebetatur: heboris nitor infuſcatur: aer inficitur: apum
aluei necantur: canes in rabiem uertuntur: pueri faſcinantur: hoc animal tam per-
nitioſum tam fœdum tam deteſtabile amabis Stella? Et nõ teipſum ratione & cõ-

ſilio

ſilio a tam calida & immani lupa uendicabis? STE. Dii ueſtram ſidem nunquam ego
putaſſem tot uitia in hunc ſexũ cadere poſſe. Deteruiſti mi Platyna ne mentiar ab amo
re. Sed mihi credo accidet ut morbo aliquo graui laborantibus ſolet: qui non ſtati quā
tum accepta medicina profuerit: ſed aliquod poſt dies decedente ualitudine & acceden
tibus paulatim uiribus ſentiunt. Cogitabo ego ſæpæ mecum quo in diſcrimine uerſer:
& paulatim animum meum ab hac inani ſolicitudine ad meliora ſtudia traducā. PLA.
Hoc ſi feceris nō exiſtimabo hæc mea uerba omnino mihi excidiſſe: ſin uero ſecus cum
ut Cato cenſebat reddenda mihi tēporis ratio ſit: cruciabor miſer hoc temporis fruſtra
inſumpſiſſe. STE. Dabo operam ne te artificem ut arbitror non ignauum tui operis &
induſtria peniteat. PLA. Hoc ut facias & meus erga te amor & res tua tibi perſuadet.
Sed eſt ne hic patronus noſter quem ab urbe redeuntem uideo. STE. Is eſt profecto
opportune hanc noſtram conſabulationem tranſegimus: pręcedam ego ne mei abſen-
tis requiram operam. Mihi ignoſces ſi nō eo te reduco unde deduxi. PLATYNA. Fa-
cit mihi ſatis uoluntas erga me tua. Reducet me hoc baculum quo pedem alterum in
tumeſcentem a labore interdum ſubleuo. Sed unum te rogo ut ruſticos portarum cu-
ſtodes admoneas: ne ſi tardius rediero clauſis portis me ab ingreſſu caſtelli prohibeant.
STE. Faciam hoc & quidem ſedulo.

¶Prohemiũ Platynæ de uera nobilitate ad amplissimũ uiꝝ Ioannẽ Vrsinũ Archiepm tranensem.

MIrari ego persæpe mecum ſoleo Ampliſſime pater quid eſt quod ita genus humanũ erroribus ducatur: ut de rebus fere omnibꝰ falſo diiudicet. Diuitias alii ſummũ bonũ: potentiam alii: honores quidam exiſtimant. Sed quonã pacto bona illa dici poſſunt: quæ nuſquam conſiſtunt: trãſferunturq; ex libidine fortunæ ac hoĩum arbitrio. Nunc hodie alterũ craſſum ob magnitudinem facultatum uidimus: uel crœſum potius. Cras eundẽ alterũ codrum & Diogenem dices. Magna fuit Perſei regis macedonum potẽtia: ſed quis eo miſerior: tum eſt habitus cum a Paulo œmilio in triũphum duceretur. Sũmo in precio & honore. C. Marius & .G. Pompeius apud Romanos & gentes omnis tũ fuere: cũ pro magnitudine reꝝ geſtaꝝ merito triũphabãt. Veꝝ ubi fortuna reꝝ domina ĩmutata ẽ: nihil mario miſerius: dũ minturnaꝝ cœno oblitꝰe tetro carcere ubi ad pœnã ſeruabat̃ ĩ Aphricã ꝑuo nauigio cõfugit. Quã turpe ſpectaculũ & horrẽdũ fuerit: uidere magnũ Põpeiũ cuiꝰ nutu totus fere orbis terraꝝ ad arma cõmouebat̃ eunuchoꝝ & ſeruoꝝ manibꝰ trucidari: poſt acceptã bello pharſalico cladẽ. Dicere ill' d' uirgilianũ cũ liceat. Iacet ingẽs ĩ littore trũcus Auulſũq; hũeris capiet & ſine noĩe corpꝰ. Quorſũ hęc dices: ut ĩtelligãt oẽs illud eẽ ſũmũ bonũ: qd' ſꝑ eodẽ mõ ſeſe hẽt: quodq; fortũę ꝓcellis ĩpelli huc & illuc nõ põt. Hoc certe ĩ ſola uirtute tãq̃ ĩmunitiſſima arce repoſitũ ẽ: q̃ qdẽ ut lenoni cleãti chriſyppo placet beatos nos facere põt. Eſſe. n. miſer ille nuſq̃ põt q uirtute mũitꝰ ſit: cũ ſcutũ hẽat: ĩ oẽs cupiditates un̄ ĩfinita mala naſcũt̃. Eſt ãt uirtus aĩ q̃dã inſtitutio ita cõſtãs & cõueniẽs ut laudabiles eos eſſiciat: q rẽ tã diuinã amplexi fuerit. hac nimirũ illa uirtꝰ ẽ quã tãti fecit critolaus: ut cũ ĩ altera lãce collocaret aĩ bona ĩ altera corpis & externa tm̃ ꝑpẽdere ĩ illã boni lancẽ putat ut terrã & maria põdus ſecũ deprimat. Ipſiꝰ ãt uirtutis habitꝰ cõparari certe ſine ſapiẽtia nõ pñt: q̃ nos a libidinũ ĩpetu a uano terrore a fortũæ iniuriis nõ mõ liberat: ueꝝ ẽt oẽs uias docet: q̃ ad beatitudinẽ ducũt. Ad illã: in quã beatitudinẽ q̃ ĩ gorgia laudat̃ a Socrate: nã cũ ĩterrogaret̃ Archelaũ perdiæ filiũ q tũ fortunatiſſimus putabat̃: beatũ ne exiſtimaret: haud ſcio ĩnqt: cũ hoĩe. n. nũq̃ locutus ſum. Inſtabat idẽ ut ab eo ſciret qd de rege pſaꝝ arbitraret̃: tũ ille: quonã pacto id ſcire poſſum: cũ ignorem ac doctus ſit q̃ bonus quod ex ipſa actione cõprehenditur: ad quã certe ſi bñ ĩſtituti ſumus natura ĩpellimur. Nã ut ad curſũ equus: ad arãdũbos: ad ĩdagãdas feras canis natus eſt: ſic hõ ut ariſtoteli placet intelligẽdi & agẽdi cupidus humanã naturã adminiculo uirtutis cũ diuina cõmutare nitit̃. Vt igit̃ ꝑticulã aliq̃ diuinitatis aliqñ attingamus uirtuti nobis danda opa ẽ: enitẽdũq; ut bonis corpis ad utilitatẽ cõem: bonis fortunæ ſi adſunt ad liberalitatẽ & magnificentiã ita utamur ut hęc adminicula q̃dã eẽ ad fœlicitatẽ ciuilẽ arbitremur: q̃ ex uirtute oĩo naſcit̃. Vñ uerã nobilitatẽ duci phi oẽs exiſtimãt. Nullã eẽ dñiam inter baiulũ & alcibiadẽ ſũmo loco natũ merito dixit Socrates ſi uirtꝰ abeſſet. Hãc itaq; poſt habitis cupiditatibꝰ oĩbꝰ amplectamur: hãc ut uitę hũanę ducẽ optimã ſeqmur: ut ĩ tãta hoĩum multitudĩe ueri nobiles ĩgenui ac generoſi hẽri poſſimꝰ. Pſiari tecũ hactẽus urſine & uides mihi libuit: nõ qd' te his p̃ceptis ĩdigere exiſtimẽ. qppe q ob doctrinã & cognitionẽ reꝝ hũanaꝝ docere ipſe alios & mõere merito poſſis: ſed ut tua auctoritate eos ad uitutẽ ĩcitaremꝰ ĩpelleremuſq; q ex nobilitate laudem quærunt. Non. n. parum ad legendum incitantur: q uidẽt de nobilitate ad uirum illuſtrem ſcriptum eſſe. Tum ſic mecum exorſus es in Varrone tuo dũ ſimul in illa conualle eſſemus: quam rapidus anio interſecat

Digitized by Google

¶Dialogus Platynæ de uera nobilitate ad amplissimum Vrsinũ archiep̃m tranenſem.

VRSINVS

QVid circunſpicis quæſo Platyna? Quid eſt quod ita cælum hoc noſtrum miraris? PLA. M. Varronẽ diuinũ illũ uirũ certe admiror & laudo: qui ſibi hunc locũ quo æſtate ſecederet ad hitandũ nõ ſine cã delegit. Quid hoc aniene æſtate frigidius eſt? Quid his collibus quos nõ ſine uolupta te inſpicimus ſalubrius? Quid hac tua uilla uel arę potius decẽtius & ad incolẽdũ cõmodius? Qua ſupiori æſtate ita pcõmode & ſplẽdide pontificẽ. xx. tũ cum toto cardinaliũ ſenatu magnęq; aulicorũ multitudie ſuſcepiſti: ut ad liberalitatẽ tuã & ſplẽdorẽ nil addi potuerit. Omitto qđ ædes has tuas ægregiẽ cameratas & diſtinctas: ita pictura laq̃arib9 aureis pipetaſmatib9 auleis exornaſti: ut oib9 admirationẽ inieceris. VRSI. Sequutus hac in re ariſtotelis phi auctoritatẽ: paraui ædes diuitiis noſtris cõgruentes. Sed dic q̃ſo: cur Varrons potiuſquã uari uicũ hũc fuiſſe cẽſeas? Nã. M. Cicerone teſte Varro ipſe uillã in caſſinate habuit. PLA. Varrum qntiliũ ęgregiũ bello ducem foris potiuſquã domi uitã duxiſſe conſtat: belloq; germanico cũ tribus legionibus legatis oibus & auxiliis cõibus cæſum qua clade pcepta ferunt Auguſtũ Cęſarem concuſſo in parietẽ capite ſepius exclamaſſe. Varre quitili redde legiões. Excubias quoq; in urbẽ induxit: ne qs tumultus ob acceptã cladẽ excitaretur. Cum Virgilio tñ quo cũ mira beniuolentia cõuinctus erat Syronẽ ſectę epicureę phm audiuit: ne bellicis reb9 hominẽ tantũmodo uacaſſe exiſtimes. Sed illa ætas (ut noſti) utrunq; laudis genus cõplexa eſt. De uarro tñ nil aliud legiſſe me memini. Quod aũt dicis Varronẽ in caſſinate uillã habuiſſe nequaquã tollit eundem quoq; in hac uia ualeria q̃ ad marſos ducit uillã ædificaſſe: cũ tãtę fuerit Romanorum opes: ut diuerſis in locis & in elemento alieno uillas & ædes ſtruere ſint auſi: ut de Cicerone potiſſimũ & lucullo legitur qui uillas in thuſculano: phormiis puteolis eodẽ tempore habuere. Vnde illud argutũ reſponſum a Lucullo in Pompeiũ prodiit hominẽ accuſantem quod uillam in tuſculano miro ſũptu ædificaſſet: uillam inquam ob uentos & frigiditatem æſtate tantũmodo cõmodã non etiam hyeme. Tum Lucullus imitatus ſe aues quaſdam reſpondit ut hirundines grues ciconias: quæ pro anni tempore loca de induſtria mutant. VRSI. Sit ita ſane ut dicis. Nil tñ habemus quo Varronis magis quam Vari hanc uillam eſſe exiſtimemus. PLA. Eſt quidem ut dicis: ſed Varronis diuini hoīs auctoritate moti eius hunc uicum eſſe exiſtimemus. Hinc eſt ille Varro quem omnium facile acutiſſimum & ſine ulla cõtrouerſia doctiſſimuum Aurelius Auguſtinus appellat: quiq; tam multa legit ut aliquid ei ſcribere uacaſſe mirum ſit: tam multa ſcripſit quã multa quenq; legere potuiſſe credamus: ne Lanctãtii laus illa de homine uana eſſe credatur. Neminem enim hoc uno unquã doctiorem nec apud græcos quidem fuiſſe affirmat. Quare merito uiuenti ſtatua poſita eſt in bibliotheca illa quę prima de manubiis Romę publicata eſt ab Aſinio pollione Auguſti Cęſaris imperio. VRSI. Facile patior hanc illius fuiſſe uillam quãdoquidem talis fuit qualem optare mortales uix poſſunt. PLA. Quantum uero laudis huic tribuat. M. Tullius in philoſophia ſua: audi quęſo. Sunt inquam iſta Varro: nam nos in noſtra urbe peregrinantes erranteſque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt: ut poſſemus aliquando qui & ubi eſſemus agnoſcere. Tu ętatem patrię: tu deſcriptiones temporum: tu ſacrorum iura: tu ſacerdotum: tu domeſticam: tu bellicam diſciplinam: tu ſedem locorum regionum: tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina genera officia cauſas aperuiſti. Plurimum quidẽ poetis noſtris omninoq;

latinis & litteris luminis & uerbis attuliſti: atq; ipſe uarium & elegans omni fere nume-
ro poema feciſti: phiamq; multis locis incohaſti ad implēdum ſatis: ad edocēdum pa-
rū. Idē quoq; Cicero dū caſſinatē hois ſanctiſſimi atq; integerrimi ꝓphanatū a. M. An-
tonio cōmemorat: ita cū laudat: ut maiore ꝑconio laudari nemo poſſit. Quā multos i-
gt dies in ea uilla ab hora tertia: bibebať: ludebať: uomebať. O tecta ipſa miſera quam
diſpari dño: quanquā quō iſte dñs? Sed tñ quā a diſpari tenebanť. Studioꝝ. n. ſuorum
. M. Varro uoluit illud eſſe nō libidinū diuerſoriū? q̄ in illa uilla ante dicebanť? q̄ cogi-
tabanť? q̄ litteris mandabanť? iura populi Ro. monumēta maioꝝ: ois ſapientiæ rō oiſ-
q; doctrina. VRSI. Quid cauſæ fuit cur. M. Antonius in Varronis fortunis tantope-
re ſęuiret. PLA. Fecere id ſtudia paꝝ bello. n. piratico cū pōpeio ęgregie militau[…]: bel-
lo itē ciuili eūdē ſecutus eſt ducē: unde in fortunas hois debachatus eſt. M. Antonius:
aduerſante ēt Cæſare & ſæpius eum admonēte: ut uni Varroni pp uirtutē parceret. Ve-
rū cū poſtremo ut bonus ciuis & reip. amātis ſimus trium uiratū iprobaret: ꝓſcriptio-
ne notatus in. M. Caleni amici optimi uillā confugiens ad pœnas pſępe a. M. Antonio
quęſitus eſt. VRSI. Doleo ego uehemēter. M. Varronis calamitatē. Sed qn̄ ita accidit
illā Varronis uillā i caſſinatę quā hāc q̄ nūc nr̄a ē malo iquinaucrit. M. Antonius: ebrio-
rū uocib9: ſcortis undiq; accitis: pueris mæritoriis & quouis genere flagitii. Nō deerant
ſua mōſtra (ut uideo) illis tēporibus. Neq; hois nobilitas generis a facinorib9 retrahe-
bat. PLA. Immo uero neſcio quo fato plęriq; iſtoꝝ quos nobiles uulg9 appellat i oēm
turpitudinē ꝓlapſi ſunt. Quē. n. ſęuitia anteponis ſcyllę ex gēte cornelia: quē libidine
. P. Clodio ex gēte claudia? quē ſeditiōe & libidine dñandi Catillinę ex gēte ſergia? fuere
& alia mōſtra: q̄ maiorib9 ſuis talē imiſſere notā: ut nō inde nobilitatē deduxiſſe: ſed eo
poti9 trāſtuliſſe turpitudinē uideāť. VRSI. Nō ē igiť ut uideo illa uera habilitas quā
Ariſtoteles i libro de rep. ꝓbat. Dicit. n. eoſdē ſibi uideri nobiles quoꝝ maiores uirtute
& diuitiis aliqn̄ floruerūt. PLA. Nō ē certe. Nā uera nobilitas nō aliūde quā ex ipſa uir-
tute oriť: ne ꝑtē aliq̄ in opib9 & facultatib9 colloces. VRSI. Cuperē ex te audire un̄ ue-
ra nobilitas oriať ſi uacat: & placet. Locus. n. iſte te admonet: & ad dicēdū inuitat. Ni-
hil hic ſtrepitus nihil tumulti. Suſurrus iſte ꝑterlabētis anienis: alni folia uēti circūacta
hoc ut facias te iuitāt: ſi æſtu ꝑmeris: pulchre in herba recūbes ac pedes recēti unda cō-
tinuo refrigerabis? PLA. Quod uelle te uideo mihi facere neceſſe ē & qdē breuiter: ſi cō-
ſeq potuero. Nā plurib9 uerbis id agere neceſſe nō ē: ꝑſerti hoc āni tpe: quo æſtu ac ſiti
cōtinuo ꝑmimur. ſed priuſq̄ dicere incipiā ex te audire cupio qd de nobilitate ab aliis ac-
cepis? & ne orōne cōtinua hoc tibi faciēdū exiſtimes: ego te ubi opus erit interpellabo:
qd tibi quoq; cū ego cōtra exordiar facere ſi uoles libebit. VRSI. Placet hoc qdē ne qc-
q̄ intactū ꝑtermittam9 q; ēt dialogi rō expetit. Putaui ego ſp illā eē uerā nobilitatē quā
qs ex illuſtri maioꝝ ſuoꝝ origine traxiſſet: quaſi hęreditariū mun9 ab illis accipiēs. Ab
illis inquā: q ſūmos honores maxioſq; magiſtratus in ſuis ciuitatibus diſciplina i mori-
b9 uirtute adepti fuerāt. Multū. n. generatio ad nobilitatē facit: q; ēt in qbuſdā aīalibus
cernimus: utpote in eqs canib9 bubus. Hęc. n. bruta empturi: gregis nobilitatē pri9 ſci-
ſcitāur & iſpicim9: q̄q̄ i hoie lōge alia rō iſit. Nā ꝑter igenia q̄ pene eadē ex parētib9 du-
cim9 ex educatiōe & domeſtica cōſuetudie ex dcis ſciſue ad gl̄iam capeſcēdā uehemēter
icitamur: qd ē maximū nobilitatis ſpecimē. Quid. n. ꝑter gloriā parētū & geniū q̄ndā
domeſticū? Camillos: Fabios: Aemilios: Catōes: Scipiōes ad bn̄ de repu. merendū exci-
tauit? collocari maioꝝ ſtatuas i foro ꝑ tēplis: ueteres illi Romāi uoluere titulis reꝝ ge-
ſtaꝝ i baſi poſitis: qbus uiſis & plectis æmulatiōe glię excitata Iuuēt9 nullū laborē nul-

Google

lũ piculũ ꝑ ſalute & dignitate pſię recuſarẽt. Mouẽt qdẽ hoĩes ſimulachra (ut uides) mouent triũphi & monumenta maioꝝ: ſed nihil eſt qđ æque excitet dormientes etiã: quã gloriæ cupiditas quę a maioribus nõ ſine cauſa tranſfertur in poſteros. Vides profecto multis ẽt exemplis parentes bene inſtitutos nil aliud cogitare & moliri quam ut filios ſui ſimiles patrię relinquant: quorum opera cum domi tũ foris parens illa cõmunis pro arbitrio ſuo utatur. Quam uoluptatẽ pcipere credimus eos qui uita exceſſere ſi quis ſenſus ſupereſt ex librorum rebus fortiter ac cõſtanter geſtis. Magnã certe cũ cernant in filiis nõ paruum ſui partem relictã eſſe: hinc ille in filios parentũ amor: illa nutriendi cura: ille ardor concitandi eos ad laudem capeſcendam: ut ipſi quoq; tantæ glorię pticipes ſint. Victuros eni ſe diu in filiorũ & nepotẽ uita arbitrant: ſi eos bene inſtitutos & rebus a ſe præclare geſtis in precio reliquerint. Expetebat hoc a filio. M. Cato: hoc Cicero: ad hos. n. iure hęreditario magnã partẽ gloriæ ſuæ peruenturã dicebãt: ut eos a libidinibus ad quas adoleſcentes natura & ætatis uitio feruntur ad uirtutẽ reuocarent: cõmemoratione laudũ ſuaꝝ. Ex genere igitur nobilitas duci uidet: nam cũ maiorum noſtrorũ ægregia facta cõmemorauerimus: nil nobis merito negari poſſe arbitramur. Suffragata. n. multis apud Romanos in petitione magiſtratuũ nobilitas eſt. Cũ illud diceretur. Date hoc parenti date generi bene de repu. merito: Non enim alios nobiles uulgus appellat: quã quos præclari parentes genuere. Senatorii ſiquidẽ ordinis eos Romani appellabant qui ex ſenatoribus nati erunt. Pręterea uero ne uulgum me ſequi tantũmodo exiſtimes: & ii qui litterarum ſtudioſi ſunt uere nobiles generoſos appellant: quod in his ſit nobilitatis copia. Hoc etiã nomine in dialogis ſuis perſæpe utitur Plato: dum amicos ad laudem cohortatur. O generoſe inquit: ſic eſt agendũ ex genere nobilitatem animi excitans. Verum ne hęc nobilitas mancha uideatur: quidam adiiciunt facultates & opes quibus & domeſticus ſplendor conſeruatur: & amici quorum frequentia nobilitas indiget & gratia retinentur. Hinc clientes quaſi patronũ colẽtes appellauere antiqui. Hic illa matutina ſalutatio: patroni in clientes ſportula uel cõgiario beneficentia: qua certe uti non poſſunt: qui fortunæ bonis carent. Magna enim nobilitatis pars beneficentia eſt: qua in alios uti nequaquã poteſt: qui non habet unde domeſticis ſatiſfaciat. Eum igitur quem liberalẽ uolumus fortunę bonis abũdare oportet. Impoſſibile namq; eſt (ut Ariſtoteli placet) pręclarum aliquid ab eo fieri cui deſunt facultates. Totus enim nobilitatis ſplendor ſolo pauptatis nomine plęrunq; inficitur: quum ſępenumero in eos liberalis eſſe non poſſit: quorum frequentia in dignitate retinetur. Verum eſt certe quod Satyrus dicit. Haud facile emergunt quorum uirtutibus obſtat: res anguſta domi: ſed Romę durior illis conatus. Quot eni doctiſſimi uiri ob inopiam rerum ſpreti & abiecti uitam miſere traduxere: ut de Plauto & Lactantio legimus: quorum alter Hieronymo teſte ita pauper fuit ut neceſſariis plęrunq; indiguerit rebus nedum delitiis: alter uero ob difficultatem annonę & inopiã rei familiaris: ubi a ſtudio uacabat quod temporis ſupererat molas truſatiles in piſtrino cibi gratia ducebat. Facultates itaq; expetẽde ſunt ad ſplẽdorẽ nobilitatis ne a rebus gerẽdis inopia rerũ oĩum retrahamur. Potuiſſet ne popul9 Romanus orbẽ terraꝝ ſuo adiicere imperio niſi pecunias belli neruos habuiſſet? contionabũdus in philippũ demoſthenes: pecuniis inqt ad tantã rẽ cõficiendã opus eſt. Nõ habuiſſemus certe tot pclaros uiros in familia nr̃a: ſi maiores noſtri hãc facultatem cõtempſiſſent. potuiſſet ne exercitus ſuos contra hoſtẽ alere paulus urſinus. Potuiſſet Petrus iã paulus? Dũ uel pro patria dimicãts uel alioꝝ ditionẽ mercede cõducti cõſtãter tutati ſunt. Fugauit ex urbe nr̃a ladidiſlaum

regem Paulus. Fugauit Nicolaum picēninum ad aglare. Petrus iam Paulus florentino
rū auſpiciis militās. At uero iordanus urſinus eccľiaſtici exercit9 dux íclit9: pulſo uicip
fecto eius ditionem pōtifici ſubiecit. Frāciſcus itē e gēte urſina miles ęgregius ſeneſiū di
tionē conſtanti animo tutatus eſt. Nō eſt habitus hoc inferior: Frāciſcus urſinus urbis
pfectus q pulſis i foro iulii ungaris rem Venetā bello pene oppreſſam reſtituit. Milita
uit Alphōſi regis auſpitiis & opibus adiutus urſus urſinus tenta cū laude ut addubita
tum plerūq; ſit manu ne plus & animi magnitudie quā conſilio ualeret. Demum uero
Raymundus Baucio e gēte noſtra domito & interfecto tyrāno quodam regnū Cypri
reginę iam pridē pulſe reſtituit. Tarentinuſq; priceps ob res in bello ęgregie geſtas crea
ri meruit a nudo certe duce & inermi fieri nil ægregiū poteſt. Proīde hæc nobilitatis ad
minicula ut cōtemnā adduci nullo mō poſſum. Quid rogo? cōtinuit Paulū pōtificem
quominus nobis urſinis quibus inimicus ac prope hoſtis fuit bellū inferret? noſtrę pro
fecto opes. Quibus ſuſulti fratres mei hoiem minis tantūmodo coęgere æquas pacis
cōditiōes nō aſpernari: ſumus ut uides in pcio ob uetuſtatē familię: facultateſq; partim
a maiorib9 noſtris relictas: partim uero noſtra īduſtria & armis partas. Ab hac āt opi
nione nequaquā diſſentire diuinus ille Plato quē Cicero Homerū phorū merito appel
lat. Nā cū ueram nobilitatē quadrifariā diuiſiſſet: primā illorum eē ait qui bonis iuſtis
clariſq; parentib9 ſunt orti: ſam eorū quorū parētes pricipes extitere: tertiā cū maiores
noſtri fama ac rebus bello geſtis in pcio fuere: quartā eo℞ q pclara aliqua doctria excel
lunt. in hac diuiſione nil certe eſt quod nos a nobilitatę ſecludat. Nā ſi pricipum huius
noſtre ciuitatis uitā & mores inſpicimus: ſi dignitatē familię: ſi gloriam: ſi ingeniū: fare
bere certe nos inter nobiles cēſendos eſſe: neq; nos reiicies quod opes præſtare aditū ad
uerā nobilitatē dixerim. Vnde. n. magnificus: unde liberalis & benificus ille nobilis quē
uolumus in quēpiam eſſe pōt? Si ei facultates deſunt? Nā cum magnifici pprium ſit:
ædes ægregias templa porticus oppida ſtruere: cumq; itē liberalitas circa dandas pecu
nias uerſetur: quomodo id ab eo fiet quē liberalem appellamus: ſi nil habuerit qd' do
net? Siq; ei potius alio℞ benignitas expetēda fuerit? Meo itaq; iudicio eos nobiles ap
pellandos cenſeo: quos & genus antiquū & diuitię bñ partę a maioribuſq; relictę cōmē
dant. Hęc eſt ſnīa noſtra niſi qd ad hęc dixeris. PLA. Antequā dicere incipiā qd hac de
re ſentiam mutemus locū ſi placet. Pellit hinc nos ſol ut uides ad ueſperā iam inclinās.
In illo anienis flexu optime manebimus: unde uides umbram ſub ſpecu elici. Traiicien
dus eſt amnis: qd' fieri hoc anni tpe uado percōmode poteſt. VRSI. Traiiciamus me
ſequere q uadum noui. Sed heus tu frigidus es anio æſtate ēt feruida. PLA. Ita eſt certe
ut dicis. Retinere in flumíe pedes ob frigiditatē uix poſſum. Hāc ob rem exiſtimo anie
nis ueteris aquā potui minus ſalubrem fuiſſe pp frigiditatē: & quia ſemp adeo rapax eſt
ut aliqs ſecum ex ripis trahit quo ēt ſereno cælo turbet. Frigiditatē autem cōtrahi arbi
tror ex montibus ut uides cælo uicinis & niuis & niuibus ſemp opertis. Influūt ēt hinc
dextra hinc ſiniſtra ſublacum proficiſcentibus continui fontes quorū aquam deguſtari
ob frigiditatē uix pōt. quo. n. penetioribus ex locis & magis ſaxoſis aqua egredit' eo fri
gidior eſt æſtate: præcipue qua frigidum & humidum propter contrarias qualitates ad
tartara ut dicitur cōfugit. VRSI. ad quem igitur uſum has aquas in urbem ueteres in
troduxere tanta cum impenſa? PLA. Vt eſſet unde irrigationi hortorum balneis fullo
nibus reliquiſq; fœdis miniſteriis ſatiſfieret. Concipiebatur autem ſupra tibur extra por
tam carrariam uiginti millia paſſuum. Verum poſteri mutata ſententia: ut aquam cla
riorem haberent omiſſo flumine ex ſublacēſi neronis uilla meliorem duxere. Huius aūt

…igiditas Anienis ob

aquedu&ctus caput pridie magna cũ uoluptate inſpexi : dũ uidendę atiq̃tatis ſtudioſus
Marſos & pelignos inuiſo. VRSI. Ad ſpecũ iã uenimus: ſed dic q̃ſo ubi conſederis &
crura & pedes ſiccaueris: unde duci exiſtimes illos aq̃ductus q mille paſſibus ſupra Ty
bur apparẽt: partim arcuato opere partim effoſſo mõte. PLA. Nimis uetuſtatẽ amas:
ut uideo. VRSI. Immo uero nihil eſt ꝙ æque mirer: & laudibus extollã. PLA. Recte
ſane: Romanus es: tuos magiſq̃ alienos amas: nõ ſine cã: cũ urbi Romæ par nihil unq̃
fuerit & nihil ſecũdũ. Ad formas illas redeo quaꝝ amplitudinẽ uetuſtas nondũ exedit.
Altera aũt duci aquam Martiam ad urbẽ ualeria uia exiſtimo: altera uero claudiã ſum-
ptam ex fontibus duobus ampliſſimis: eadem uia ſcaturientibus in ſublacẽſi. Sed quæ
fuerit martia & q̃ claudia haud ſatis conſtat cõſumptis p̃ſertim inſcriptionibus euerſiſq;
tantaꝝ reꝝ monumentis. Inſpexi ego nuper ex ſublacẽſi rediens amœnis dextra ac ſini
ſtra qua duci aquas uidebã & nil quo certior hac de re fierem uidi. Ex hac aũt diligentia
hoc cõſecutus ſũ: ut repẽte in ſũmam mœrorem inciderim cũ paſſim cernerem ægregia
illa opera diſiecta & neglecta iacere. VRSI. Vnde q̃ſo Martiã & Claudiam aquã ap-
pellas? PLA. Ab his q aquas duxere publico ac priuato ſumptu ut appiam & Iuliam
dicimus: uiaꝝ quoq; ſtratarum eadem ratio eſt: qbus ex rebus plęreq; familiæ magnũ
conſecutę ſunt nomẽ. VRSI. Tandem uero ut uideo paulatim fatebere nobilitatẽ ex
uetuſtate generis & magnis facultatibus oriri. PLA. Nobilem igitur hac rõne. G. Gal-
liculam dices qui puteolanum ſinum ponte iunxit. Nobilẽ claudium qui fucinum ma
gna impenſa emiſit: qui portũ Romanũ extruxit. Nobilem neronẽ: q dum auream do
mum dum thermas & theatra dũ portũ Antiatũ extruit : populi Ro. uires contriuit.
Nobilẽ itẽ Herodẽ qui Romanoꝝ hæc in re magnificẽtiã imitatus portus urbes thea-
tra aqueductus in Syria miro ſumptu excitauit. Sed his mõſtris q̃ fera unq̃ immanior
fuit. Nil. n. in ſe habuere quare hoies nõ dico nobiles dicerentur. VRSI. Contrahe pe-
des ſi placet: & dic tandem quos eſſe nobiles cenſeas? PLA. Nobilitas. n. ut ſtoicis pla
cet: eſt ſplendor qdam non aliunde ueniens quã ex ipſa uirtute qua bonum a malo: di
gnum ab indigno ſecludimus. Si animi noſtri bonis artibus & diſciplinis imbuti ſerua
re iuſticiã pietatẽ conſtantiã prudẽtiã rebus in oibus didicerint: quonã pacto fieri põt:
ut is nobilis cenſeat qui ſiue doctrina & eruditione intemperantię ſe iniuſticię impieta
ti & nequitiæ addixerit? Immo uero hunc non modo ignobilem uerum etiam ſcurram
& nebulonẽ improbum appellabimus. Idem quoq; ſentire. Q. Cicero uidetur ſcribẽs
enim ad. M. fratrẽ de petitione conſulatus: cũ Antonii & Catilinæ mentio haberetur.
Nequaquam ſunt inquit ii tam genere inſignes quam uitiis nobiles. Nobilitatis enim
proprium eſt recta ſequi gaudere officio: cupiditatibus imperare : auaritiam coercere.
Hoc qui facit ẽt ſi ex infima ſorte hoium natus fuerit is merito ſuo nobilis haberi & di
ci poteſt. Neq; eſt cur parentem reꝝ omnium naturam ut qdam improbi faciunt rep̃-
hendimus quod hos nobiles illos uero ignobiles faciat. Aequale ſiqdem oibus tẽpera-
mẽtũ p̃ſtat. Non genus: nõ potẽtiã: nõ opes inſpiciens. Eadẽ. n. quo ad aium ptinet na
ſcẽdi rõ in priuatoꝝ hoium filiis eſt: que in principũ ac regũ natis: licet ii in purpura &
magnis domibus: illi in centonibus & caſulis plęrũq; naſcantur. Virtutes certe & uitia
faciũt: ut alter altero nobilior ſit. Seneca ex ſtoicoꝝ ſecta phus inſignis ad lucillũ ſcri-
bens. Nõ fuit inqt Socrates patricius non eques Romanus quem tñ phia nõ accepit:
ſed nobilẽ reddidit. Hunc itẽ quo nemo unq̃ mortaliũ doctior aut ſapiẽtior Apollinis
oraculo iudicatus eſt: mater obſtetrix & pater marmorarius in lucem edidit: ut eẽt qui
ſua doctrĩa multos ad nobilitatẽ traduceret. Seruius quoq; tullus i ſeruitte natus atq;

educatus regnũ ſua uirtute adeptus & de hoſtibus tertium eget triumphũ: & urbẽ Ro-
mã ita auxit: ut nil ei ad ſummã nobilitatẽ defuiſſe uideat᷑. Itẽ dici de Tullo hoſtilio po-
teſt q humili tugurio natus paſtor primo deinde Romanoꝝ rex merito creatus ẽ. Fue-
re ii qdẽ nobiles urſine ſi ueꝝ intueri uolumus: nõ illi q ob maioꝝ uirtutẽ & merita no-
bilitatẽ in deſidia collocarũt. Nihil. n. agere: in purpura nõ ſine crapula & ebrietate ui-
uere ſericatas & coccinatas habere ueſtes: aurea calcharia: gematos digitos: unguẽta ſa-
pere in ſumma nobilitate ponunt. Quæ oĩa ita certe generoſitati cõtraria ſunt: ut uirtu-
ti uitiũ & ſolertiæ ignauia. Vide q̃ſo quãtũ a cæteris differã. Soleo ego ac merito ꝓfecto
illos irridere: q aut equeſtrẽ ordinẽ aut inſignia alicuius doctrinæ uel precario uel am-
bitione & largitiõe ſibi emũt: ut ignauiæ ſuæ argumẽta circũferre impune poſſint. Con-
cedat᷑ id benemeritis: ut olim apud Romanos fieri cõſueuerat. Eqtes. n. pp rem in bel-
lo ægregie geſtã annulo fibula & armilla aurea donabant᷑: uirtutis nõ ignauiæ pigno-
ra: Concedat᷑ & noſtris tẽporibus: ut ii q ĩ gymnaſiis publicis aliqua doctrina excellũt:
aurũ in balthcis & calcaribus circũferant: quo a cæteris differe uideant᷑. Si quis aũt pre-
terea eſt qui alia rõne nobilitatẽ ſibi uendicet: ſciat is ſe alienã nõ ſuã ꝑſonam gerere. Ia-
ctare itẽ maioꝝ res geſtas: atria imaginib9 diſtincta. Porticus ſignis ac tabulis ornatas
ſuperbas ædes plus certe admirationis in ſe hẽt q̃ nobilitatis. Neq; hæc nobis adiumẽ-
to eſſe poſſunt: ſi illoꝝ uirtutẽ omittamus quoꝝ imagines uerboꝝ magnificentia col-
laudamus. Immo uero ſi recte ĩtueri uolumus: illa uirtus huic ignauiæ dedecori ac tur-
pitudini eſt. Talem aũt nobilitatẽ irridens Diogenes ille cynicus qui oĩa cõtemnebat:
maliciæ dixit & ignauię uelamen eſſe. M. certe Catonẽ priſcũ illũ quẽ merito cenſorinũ
uocarũt: nõ genus nõ diuitiæ: Tuſculi. n. natus eſt obſcuro genere tenui cenſu: ſed ꝑſtã-
tes eximięq; uirtutes poſteris cõmendarunt. Idem quoq; de. C. Mario dici põt qui mihi
unus oĩum ꝑſtantiſſimus uiſus fuiſſet: ni ad extremũ uerã gloriã libidine dominãdi cũ
ſęuitia cõmutaſſet. Neceſſe eſt aũt ut aut nuſq̃ nobilitas ſit: aut illi uere nobiles ſint: q
ingenio doctrina induſtria magnitudine animi Fortitudine prudentia in oĩ uita excel-
lunt. Oriri aũt nobilitatẽ ex uirtute hac rõne cõprehendi facillime poteſt: q, ii qui excla-
ris maioribus orti ob uitia degenerarũt inglorii & degeneres ſunt habiti: ut ſupioris afri-
cani filius q bello aſiatico ab Antiocho turpiter captus uitã ꝑcario ꝑter Romanũ mo-
rẽ ab hoſte impetrauit: de quo paulo poſt. L. Scipio patruus ęgregiũ illũ ductur9 erat
triumphũ. Filius aũt. Q. Fabii allobrogi: a patre degenerãs: adeo libidinoſę & intẽpe-
ranter uixit: ut exheredatũ eũ a. Q. Pompeio prætore nemo agere tulerit. Parentis en ĩ
amplitudo & turpitudini filii nil ꝓfuit. Nollẽ. Q. Hortẽſii oratoris clariſſimi nepotẽ ĩ
tm̃ dedecus ꝓlapſũ: q dũ popinas & lupanaria circuit: domeſticũ ſplẽdorẽ ꝓpe extin-
xit. Quis eſt aũt reꝝ humanaꝝ adeo imperitus: qui hos cenſeat nobiles appellandos?
Quoꝝ uita quo turpior fuit eo citius ſuoꝝ nobilitatẽ extinxit. Solent ii qdẽ maiorum
ſuoꝝ res geſtas cõmemorare: ſed ueꝝ eſt qđ ait Naſo poeta & genus & ꝓauos & q̃ nõ
fecimus ipſi uix ea noſtra uoco. Sunt qdã noſtra (ne mentiar) ſi eos imitati fuerimus:
ſin ſecus nõ magis noſtra ſunt q̃ illoꝝ q ſienem habitãt. Immo uero ſi quis ſenſus apud
uita functos ſupereſt: ſiue quid apud nos agat᷑: ſentiunt: dolent & quidẽ uehemẽter ta-
lem de ſe ꝓlẽ reliquiſſe: q̃ adeo culpabilior uidet᷑: quo plures habuit: maiores quoꝝ uir-
tutẽ & res geſtas imitaret᷑. Qđ ſi mortuis quibuſdam redire in uitã liceret: ea ꝓfecto cẽ-
ſura in filios degeneres uterent᷑: qua Brutus ille primus libertatis uindex: qui conſcios
cõiurationis filios uirgis cedi ac ſecuri ꝑcuti iuſſit. Eandẽ quoq; ſeueritatẽ imitatus Caſ-
ſius filiũ ſuum po. Ro. imperiũ affectantem necari iuſſit. Torquatus itẽ cũ filius eius

.D. Syllanus

.D. Syllanus a macedonibus repetundarũ accuſaret᷑: ſolus cõcedẽte ſenatu cognitionẽ cauſæ ſuſcepit. Cognito ãt re diligẽter excuſſa filii crimine ita iudicauit. Quum ſyllanũ filiũ meum imeritã pecuniã diripuiſſe conſtet: nõ iniuria p̃nis laribus & reipu. munere ac oĩum ciuiũ ſocietate cũ indignũ iudico. Abiẽs itaq̄ a cõſpectu patris filius deſperatione motus laqueo ſtati uitã finiuit: cuius funeri ut indigni filii pater intereſſe noluit. Nõ p̃nt certe parentes optimi flagitioſos filios diligere: quin ueteres illi Romani ĩperio & gloria digni filios interdũ exheredarũt: ob flagitia & turpitudinẽ alioſq̄ quoꝝ ſpectata uirtus erat p adoptionẽ in familias ſuſcepere: ne ob ignobilitatẽ filioꝝ agnationis nomẽ interiret: rogatus ab uxore ſocrates ut pp filios in uita remaneret. Nequaquã id ſibi integrũ eẽ rñdit. Tũ illa cui filios cõmendas. Nemini inqt. Nã ſi mei ſimiles erũt nulla indigebũt cõmendatione. Sin ſecus nolo filii Socratis dicantur: nõ. n. merẽtur. Quanta ãt moderatiõe uſus ſit dum filiũ ſenatui cõmendat Antoninus ille p̃hs quem mirari ut aiunt ſcriptores quã laudare facilius eſt: eius uerba p̃facile oñdunt. filiũ inquit meũ cõmendo ſi uobis & diis ĩmortalibus dignus erit. Modeſte ſane ne ſi ſec9 quã uellet accidiſſet principatus ſui gloria aliquo filii uitio contaminaret᷑. Quid ſibi uelint iſti q ex maioribus ſuis nobilitatẽ aucupãtur certe nõ uideo. Queãdmodũ. n. ſplẽdor ĩ obſcura ſpeculi parte nuſquã apparet ita neq̄ gloria maioꝝ in minorib9 flagitioſis eluceſcere põt. Vnde ſatyrus ad põticũ ſcribẽs inquit. Stẽmata quid faciunt quid ꝓdeſt pontice longo Sãguine cenſeri: pictoſq̄ oñdere uultus? Maiorũ & ſtantes in curribus æmilianos. Et curius iã dimidios naſumq̄ minorẽ Coruini & galbã auriculas naſoq̄ carẽtẽ. Qui fructus generis tabula iactãre capaci. Famoſos equitũ cum dictatore magiſtros. Si corã lepidis male uiuit᷑: effigies Quo tot bellatoꝝ: ſi ludit᷑ alea ꝑnox. Ante matutinos ſi dormire incipis ortus Luciferi: quo ſigna duces & caſtra mouebãt. Cur allobrogicis & magna gaudeat ara: natus in herculeo Fabius lare? Si cupidus ſi uanus: & euganea quantũuis molior agna. Si tenerũ attritus catinẽſi pumice lumbũ: Squalẽtes ꝓducat auos ẽptorq̄ uenẽi frãgẽda miſerã fũeſtat imagie gẽtẽ? Merito poſt tot flagitia idẽ poeta ſubiungit. Tota licet ueteres exornẽt undiq̄ cerę: Atria nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus. Paulus uel coſſus uel druſus moribus eſto. Hos ante effigies maiorum pone tuorum. Precedant ipſas illi te cõſule uirgas. prima mihi debes animi bona ſanctus haberi Iuſticiæq̄ tenax factis dictiſq̄ mereris. Tunc addit. Agnoſco ꝓcerẽ: ut intelligerẽt omnes in ſola uirtute nobilitatẽ collocata eẽ. Fruſtra igit᷑ nitunt᷑ qui omiſſa uirtute nobilitatẽ tanquã hęreditariũ munus a maioribus expetunt. Quis. n. generoſum hũc dixerit qui indignus genere & p̃claro noĩe tantũ inſignis? Nobilitas. n. uirtutis ſocia & comes proprio labore q̃ſita non alieno cũ uitiis ſtare nullo mõ põt. Vñ uerũ illud Senecę tragici eſt. Qui genus iactat ſuũ aliena laudat. Gloriari qdẽ poſſumus nos a claris maioribus ſanguinẽ arctus uiſcera accepiſſe: nobilitatẽ uero nequaquã: quæ tota ex animis noſtris pendet & nõ aliũde uenit: ne ignarũ uulgus ſequamur q p̃ſępe in maximos errores dilabit᷑ cuiuſq̄ opinio raro cũ ſapiẽtia conuenit. VRSI. Mutare ſñiam cogor ut uideo. Sed nil mihi durius uidet᷑. quam ut exiſtimem pauptatẽ iungi cũ nobilitate poſſe. PLA. Cũ diuitię fortunę bona ſint: nõ eſt cur eas cũ nobilitate cõiungas q̃ tota in uirtute fundata eſt. Quanquã haud ſcio qd in pauptate ſit quod ita eã aſpernere. De mendicitate nõ loquor: quę turpis eſt cũ petere hoſtiatim panẽ neceſſe ſit. Magne inquit Seneca diuitiæ ſunt legẽ naturæ cõpoſita paupertas. Lex autẽ naturæ eſt nõ exurire nõ ſitire nõ algire ut famẽ ſitimq̄ depellas. Nõ eſt neceſſe ſi pauptatem amplexus fueris potentum aſſidere liminibus: nec ſupercilium graue & contumelioſam ẽt humanitatem

pati. Honeſta qdē res ē lœta pauꝑtas: nec pauꝑtas qdē dici pōt ſi lœta. Nā q cum pau pertate cōuenit diues eſt nō.n.q parū habet: ſed q minus cupit diues hēri debet. Si.n. ad naturā uiues nūquā pauꝑ eris: ſi ad opinionē nūquā diues. Paꝝ eſt qđ natura deſiderat: qđ opinio imenſum illud qdē. Adhortaꝰ nos idē Seneca ut nobis pauꝑtatē familiarē faciamus. Securius inquit diuites erimus: ſi ſciuerimus quā nō ſit graue pauꝑes eſſe. Immo uero alius alio nemo dignior quā q opes cōtemnit: ut eas ſi habet intrepide ubi opus ē ꝑtitur: Nō.n. diuites naſcimur: in lucē ꝓdeuntes cibo & potu cōtēti eē debemus. Sine cupiditatibus natura nos genuit: ſiñ timore ſiñ ſuſpitiōe: cæteriſq; peſtib9 q̄ nos quotidie cruciāt. Falſa āt opiniōe ibuti pauꝑtatē ſummū malū exiſtimamus: qđ nō putarūt Romani illi ueteres q nō minus laudis ex pauꝑtate cōſecuti ſunt: quā ex iperio & rebus p̄clarē geſtis caruiſſet honore ſepulturę: adeo pauꝑ mennenius ille agrippa ſenatus ac ppłi Romāi in cōponēda pace arbiter: niſi collatis in capita ſextētibus funus ductū more maioꝝ fuiſſet. Valerio quoq; publicolæ q tertiū conſulatū geſſit ob inopiā rei familiaris funus expublico exhibitū. nil.n. p̄ter gloriā in morte ſibi reliquū fecit. Cincinnatus āt ab aratro ad dictaturā accitus plus glorię ex pauꝑtate quā ex ſuperatis hoſtibus ppłi Romani cōſecutus eſt: ſeptē iugerib9 agri cōtētus quē ipe colere ſolebat ubi ſe magiſtratu abdicaſſet. Quā glorioſa āt fuerit attilii ſerani pauꝑtas nō attinet dicere: cum oēs hiſtorici hui9 clariſſimi uiri nomē celebrēt. Is.n. quē a ſerēdo cognomētū duxiſſe arbitror: dari ſibi i affrica ſucceſſorē poſtulauit: ne uillę ſuę pauca q̄dā iugera peſſū irēt: mortuo uillico cuius iduſtria uxorē & liberos alere cōſueuerat: ſenat9 itaq; ne incohatū bellū omitteret operā dedit ut ager eius colereꝰ & uxori ac liberis publice alimenta p̄ſtarenꝰ. Miſeros ne igiꝰ & ignobiles hos p̄clariſſimos uiros dicem9 quoꝝ tāt9 uirtutis ſplēdor i pauꝑtate reluceat? Petiit &. G. Scipio in hiſpania ſucceſſorē ſibi dari qa filiā nuptui ſua iduſtria daturus eēt. Senatus āt ne tāto duce. careret dotem. xl. miliū æris uirgini dedit ac marito locauit glorioſus ſenatus q ciui ſuo cauit glorioſior Scipio q ex pauꝑtate tm̄ nois cōſecutu9 ē quātū null9 antea ex diuitiis. Fuit oli reſp. Romana apđ oēs gētes & natiōes magno i p̄cio: dū Romāi ciues pauꝑtate gloriabāꝰ. Opes.n. publicas oportere eē & nō priuatas cēſuere ueteres illi q legē de repetūdis ac de peculatu tulere. Veꝝ ubi hac mutata ſnia ex publico & priuato rapere ipūe cœpere poſthitaglorioſa pauꝑtate: nulla deiceps religiōe nulla pietate nulla modeſtia uſi ſūt: adeo eos auaritia & hēnda cupiditaſ de uia retraxit. Hic ortę ſunt in tāta ciuitate ſeditiōes orta bella ciuilia: cū opes orbis terrarū in unā urbē cōgeſtę uictoꝝ p̄mia eēnt ꝓſcripti certe in triumuiratu plures ſunt ꝑꝑ facultates & diuitias quā ꝑꝑ ſtudia partiū. Quos.n. uel natura uel rō a tāta ꝑnitie retrahebat: eoſdem diuitię in diſcrimē uocabāt. Secura eſt ubiq; pauꝑtas nō latrones nō ueneficos timet. Et ſi q uere nobiles hēndi ſunt ii certe pauꝑes erunt q ſpretis fortunæ bonis oēs cupiditates ꝑfacile uincunt. Neq; eſt Vrſine cur q̄quā putet pauperis nullā oīo liberalitatē eſſe. qđ facultatibus careat: uñ bñficentia oriꝰ: Mira.n. liberalitate utebantur uiri illi clariſſimi de qbus paulo ante mentionē fecimus: dū patriā tuebanꝰ: dū iperium augebāt: dū munera reipu. caſte ac ſancte obibāt. benignitatis munere uti q̄drifariā ſm Platonē poſſumus. pecuniis opera diſciplinis oratiōe ꝓ circūuentis in iudicio: qđ ē ſummum liberalitatis gēus. Exhauriri.n. iterdū ea beneficētia pōt q̄ pecuniis & opib9 exerceꝰ: quantū'.n. ex pecuniis dando iminuiꝰ tm̄ ex ardore bñ agēdi detrahiꝰ. at uero qui in priuatis publiciſq; rebus opere conſilio officio prodeſſe nitiꝰ: eo liberalior indies fit quo ſua auctoritate de pluribus benemereꝰ. nulla ſublata bene agēdi hac in re p̄ſertī facultate quātū āt ꝓfecerint i iudiciis oratorę & cauſidici circūuētis aduerſarioꝝ potētia

& malitia

& malitia declarāt Ciceronis hortēſii ac demoſthenis oōnes:q̄ pſępe a faucib9 potentū
iopes ſubtraxere. Doctria pterea & eruditiōe cōpari igēs benignitatis nomē pōt:q ea ſp
ais nr̄is iſedeat comitetur q; nos uſq; ad extremū uitę tpūm. Traſſerunt pfacile & amittū
tur pecunię: mutātur honores & dignitates p arbitrio potentū. Cadunt cōſilia ſocordia
interdū & ignauia. Cōtēnunt oōnes: ſola uero ſapia firma ac ſtabilis habet. Eſt.n.ea
rez q̄ ſm Ariſtotelē ſp & ubiq; eodem mō ſeſe hn̄t. Vera nāq; uirtus uera nobilitas nul-
li caſui ſubiecta eſſe debet: ex q̄ ſit aius liber & igenuus nulli unq̄ flagitio nulli turpitu-
dini deditus. Qui igit de nobilitate loqt de uirtute ſe loq intelligat neceſſe ē: adeo ſimul
hæc duo cōnexa ſunt. VRSI. Non iprobat ut uideo Plato ptem illā bn̄ficentiæ q̄ circa
dādas pecunias uerſat. Pecunias ār dico more maioz quaz extimatio mēſurat numo.
PLA. Nō iprobat certe cū dicat hac nihil hoium naturæ accomodatius. Sed iſpicere di-
ligēter oportet queadmodū utamur: cū nō i oēs nec ob leuē cām: Sed erga bn̄ merētes:
& ob ſingularē aliquā uirtutē beneficos nos eē oporteat. Hoc uelle iuſticiā i priendis re-
bus hoc poſcere æqtatē. Ea pterea liberalitate uti iubemur: q̄ pſir de nobis bn̄ meritis &
nemini noceat. Quare tyrānoz quorūdā ut olim. L. Sylle. C. Marii. Cinne: lepidi. M.
Antonii pecuniaz & bonoz trāſlatio a ueris dn̄is ad iniquos ſatelites & ſeruos nequiſſi
mos nō debet liberalis uideri: cū auferant uñ nō oportet & his dent qbus ob flagitioſā
& ſceleſtā uitā negari aer nedū uict9 deberet. Admonet nos quoq;. M. Tullius ne ma-
iore utamur benignitate q̄ facultates nr̄e reqrunt: ne ue ita rē familiarē claudam9 ut eā
liberalitas apiri nō poſſit: q̄ pfecto oi oſtatione & uanitate carere debet. Hoc āt prudē-
ter fiet: ſi tp̄s conſiderabimus: ſi cām benignitatis ſi rōnē ſi dignitatē tū nr̄am tū eoz er
ga quos liberales eſſe debemus. Nā q ſine uitio uel menſura quodā ai ipetu: liberales ui
deri magiſq̄ eſſe uolūt: argui leuitatis nō ſine cā pñt. Viro.n. bono nil turpius eſt: q̄ ali-
qd facere cui9 pbabilis rō reddi nō poſſit. Tenēda igit mediocritas q̄dā ē: ne ſi oia teme
re effuderimus pdigi: ſi ubi dādū eſt nō dederimus auari & maligni uideamur. More āt
xp̄iano: puulos nutrire: pupillos tueri: uirgies iopes cōnubio locare: uiduas defendere:
nobiles pauptate & ualitudine oppreſſos iuuare: eſurientes paſcere: algētes ueſtire: ca-
ptiuos redimere: nexos ære alieno ſoluere ſua pecunia & ipēſa: nobilis ac liberalis uiri p
priū ē: qd' ēt Fabiū illū maximū q cūctādo rē Romanā reſtituit feciſſe legimus. Capti-
uos.n. ab Hānibale redēptuz ſe pollicitus ſenatu recuſante: ut id q iſtituerat ſua ipēſa
faceret fundū uēdidit. Laudat & liberalitate Gillas agrigētinus: is.n. qngentos eqtes ge
lenſiū ui tēpeſtatis i fundū ſuū cōpulſos magna ipenſa aliquādiu aluit. Omitto dicere
q̄ liberalis fuerit i edendis ſpectaculis i curāda ānona in epulis apparādis: cum oium q
unq̄ fuere liberaliſſimus ſit habitus. VRSI. Splēdide ſane. Sed dic q̄ſo ſepas ne magni
ficētiā a liberalitate? PLA. Immo uero Ariſtotelē ſecutus. Hæc.n. i dādis pecuniis: illa
uero i magnis ſūptib9: uñ nomen accepit uerſat. Propriū nāq; magnifici uiri ē theatra:
templa: fora: portic9: ędes: ita ædificare: ut & ciuitatis dignitas reqrit: & ei9 q extruit: fa
cultas & amplitudo. VRSI. Pinxiſti iā mihi ut arbitror illū quē nobilē dici & hēri uis.
PLA. Ducta ſunt certe uera nobilitatis liniamēta: ſed nōdū plane neruos & colores ſu-
pinduximus. VRSI. Perfice q̄ſo ut tādē gloriari poſſim me illi9 nobilitatis quā q̄rim9
uerā imaginē uidiſſe. PLA. Ita.n. iuſticia i humana ſocietate neceſſaria ē ut i aiante aia.
Hui9.n. motu ciet corp9 ſi inſit: ſin abſit cōtinuo riget & diſſoluit. Quis eſt.n. q ut deū
quēdā celitus miſſum iuſtū hoiem nō admiret. Huic ut uides cōmittūt hoies fortunas
ſuas: Cōmittūt liberos cōiuges hūanaq; oia: nec imerito qdē: cum ipſa iuſticia ſit ut Ari
ſtoteli placet: nō ps q̄dā uirtutis: ſed tota uirtus. Vt igit ppetuā cōmendationem & fa-

mam uerę nobilitatis cōſequamur ipam iuſticiā amplectamur oportet ſine q̄ nihil pōt
eſſe laudabile. Camillus dictator Romanus phalarios quos ui nō poterat iuſtitia & cle
mētia i deditionē accepit: remiſſo pedagogo uirgis cæſo ab eiſdē pueris quos trāſfuga ſe
cū p fraudē i caſtra hoſtiū duxerat. Magna eſt & ariſtidis laus q iuſti cognomētū cōſe-
cutus eſt: qđ themiſtoclis cōſiliū de icendēda lacedemonioꝝ ad cithieū claſſe utile cer-
te nō tñ iuſtū iprobauerit. Hāc āt iuſtitiā recte obſeruabim9 ſi cōibus ꝓ cōibus utemur.
Cōia āt ſunt errātes admonere: ignaros docere: aut ut erudiant̃ curare: aquā nō ꝓhibe-
re: pati ignē ab igne ſumi: cōſulētib9 fidele cōſiliū dare. In hac āt ſocietate hūana gradus
diſtiguere ſupuacaneū mihi uī. Nemo ē.n.q neſciat: plus ſe prīę parentib9 liberis ꝓpin
qs ciuib9 debere eiuſdē natiōis eiuſdē ligue: q̄ pegrinis & externis. Nō eſt ēt alienū ab of-
ficio pſtātis & iuſti hois curare: ut in pria ſua leges iura ſuffragia cōſuetudines ſeruent̃:
utq; ciues ſui in dictis pactiſq; datā fidem pſtent. Qđ feciſſe. M. regulū legimus unicū
inuiolatæ fidei exemplū. Is.n. carthaginem ad certā pœnā redire maluit quā datā fidem
uiolare. Hęc āt Vrſine q diligēter obſeruat: nō mō igenuus uerum ēt illuſtris mihi uī.
VRSI. Probe qdem oia pingis. Siqd hēs ad hęc: pge q̄ſo. PLA. Fortitudo ut mihi uē
oium uirtutū q̄ſi robur quoddā uiro iſigni pnecessaria ē ne iuſtitia ulla ex pte labefacte
tur. Veꝝ ut fortitudo ſine iuſtitia iniqtatis aſyllū ē: cū ualidior ibecilliorem opprimat:
ita iuſtitia ſine fortitudie: eos plęrūq; deſerit quos teucri merito deberet. At uero cū for
titudo i res bellicas & domeſticas diuidat̃ ſupius illud Neapolioni & eqti fratrib9 tuis
q militiā ſequūt̃ omittam9: amplectāurq; poti9 domeſticā illā fortitudinē: q̄ ai magiſq̄
corpis uirib9 cōprehēdit̃. Vera āt fortitudo eſt primo ſeipm uicere: irā cohibere: nullis
illecebris capi: aduerſis nō pturbari nec extolli ſecūdis: & q̄ſi uento huc & illuc ipelli: nā
q cupiditatib9 uincit̃: q metu frāgit̃: q ira pturbat̃ uti certe cōſilio nō pōt. Is āt quē ma
gni excellētiſq; ai eſſe uolumus: nihil admirari i rebus humanis: nihil magnifacere pter
uirtutem debet. Honores pterea ut Ariſtoteli placet nō quoſcūq; nec a quouis oblatos
ſuſcipiet: ſed illos tñ quos eſſe dignos illuſtri uiro arbitrabat̃. Præterea uero ita dignita
tem ai ſui in utraq; fortuna ſeruabit: ut a ſeipſo diſcedere nunq̄ uideat̃. Cōtuliſſe i bene-
meritos bñficia letabit̃: feretq; moleſte ſi ipſe ab aliis acceperit nec plura ſtatim redierit
Heſiodi pcepto: q maiore menſura reddi mādat. Alienū uero ab eius natura eſt quē ma
gni excellentiſq; ai eſſe uolumus beneficia in alios collata cōmemorare: accipientis certe
hoc ꝓpriū eſt nō āt dantis. Quāuis.n. Lacedemoni ab Athenienſib9 beneficia accepta
cōmemorāt ſua tñ i eoſdē collata uerecūde reticent. Excellere item in oī uirtute mauult
q̄ uideri qđ eſt uani hois ꝓpriū. Apte āt loqui amare odiſſe magni ai ꝓpriū exiſtimat: ti
mentis nāq; eſt occultare ſniam. Sit motus ipſius quem nobilē q̄rimus: tardus i iceſſu:
uox grauis: ſermo ſnīs plen9. Prorſus āt uera ai magnitudo ſine igenti uirtute cōſtare
nō pōt. Cauenda ē tñ ninia gliæ cupiditas. Nā dū magnitudie ai pſtare oibus q̄rimus
æqtatē iterdū ob ambitionē cōtemnimus q̄ nullo publico ac legitimo iure uinci nos de
inceps patimur. In reb9 āt agendis magnū aium magnā ſpem pſeferre debet q alios ex
cellere cupit. Qđ feciſſe ſecūdo bello punico Scipionem ferūt. Is.n. cœtum igreſſus de
liberantiū de relinq̄nda Italia poſt cladē Cānenſem ſtricto enſe mortē his cōminatus ē
q talē approbarēt ſniam. Nā ut boni medici ꝓpriū eſt uultu ac uerbis bonam ualitudi
nē ægrotantib9 polliceri: ita illuſtrē uirū decet deſperatiōi hoium fiduciā & bonā ſpem
obiicere: q; æneam feciſſe Virgilius ſcribit: ut illud ſpem uultu ſimulat pmit altū corde
dolorem. Nō eſt aūt uiro ingenuo ullo mō trepidandū: nec de gradu cōſtantię ut dī ca
dēdū: quo nihil pōt eſſe uiro ampliſſimo idignius: q ad unā fortitudinem ꝓ utilitate cōi

natus

Digitized by Google

natus & educat9 ē. VRSI. Indiget ne alio adminiculo is quē cęteris nobilitate animi p̄
eſſe uis? PLA. Immo uero & qdē magno. Neceſſe eſt āt ut i eo hoie prudētia ſit ad bo
noꝝ malorūq; delectū: quē iuſtū & cōſtantē uolum9. Prudētia. n cęteraꝝ uirtutū ma-
giſtra ita eſt ars uiuēdi ut medicina ualitudinis nauigatiōis gubernatio. V n̄ hac i rē ne-
quaquā laudād9 ē theophraſtus q i caliſthene ſuo uitā n̄ram & regi fortuito dixit: quo
nihil pōt eſſe languidius: cū uſu & doctrina cōptū ſit cælū & hoies ſapiētia gubernari.
Sapientia. n. ut p̄lus placet nil aliud eſt q̄ diuinaꝝ humanarūq; reꝝ cognitio: quā qdē
.M. Tullius prudētiā iterdū: ſapiētiā nōnunquā uocat: hāc q aſpernat̄ & cōtēnit qd a
brutis differat nō uideo cū uirtutū oium priceps ſit & mḡra quædā: un̄ ois bn̄ uiuendi
colligit̄. Quare ſancte a platone ſcriptū eſt tū demū beatas fore reſpu. ſi eas docti & ſa
piētes regerēt: bn̄ ſiqdē cōſultū ciuitatib9 cenſuit ſi is q ſummā ptātē hēret ſtudiū oē ſu
um i uirtute collocaſſet. Quales fuiſſe Romę. P. Scipionē. C. Læliū. M. Catonē accepi
mus: ſpartę lycurgū: Athenis ſolonē. Illa. n. ps q̄ ut. M. Tullio placet in ueri cognatōe
uerſat̄ maxime naturā attigit humanā. Is ēt merito prudētiſſimus hēri debet q i q̄uis
re uidere & explicare pōt qd uerū qdue falſum ſit. Quare bn̄ rn̄ſum ab Ariſtotele ē In-
terogatus. n. qd differrēt docti ab idoctis: quo iqt uiuētes a mortuis. Eſt āt ſapiētia re-
cta rō reꝝ gerēdarū q̄ & uoluptatib9 modū ipōit & ai fortitudinē regit. Trāſfert hęc ea
dē ſe n̄ mō ad rempu. ueꝝ ēt ad familiarē: reſq; oēs nō temere ſed cōſiderate agēdas. Su
mēdū eē tp̄s in deliberatiōe oñdit: re āt deliberata aliqd agēdū poſthita ſocordia & igna
uia. Huius. n. uirtutis tota laus iq actiōe cōſiſtit. VRSI. Miror. ego hęc duo noia uide
licet ſapiētię & prudētię oio cōfundi: cū peripatetici longe aliter ſentiāt. PLA. Eſt ita ſa
ne ut dicis. Vt. n. ſapientia pricipiū eſt cognoſcendi res oēs exactiſſime cōtemplandas:
ita prudentia qd expetendū fugiendū ue ſit nobis oſtendit. Verū ſi recte intueri uolu-
mus parū admodū iter ſe differūt cū res ipſa cōſiderata & pſpecta qđ ex ſapiētia oritur
ad actionem nos pducit in qua felicitas humana repoſita eſt. VRSI. Nō diſplicet hoc
qdem. Habeo iā ut arbitror illū quem uere nobilē q̄rimus. PLA. Vnū adhuc ſupeſt:
quo ueluti condimēto hęc n̄ra cōfabulatio uel diſputatio potius ſapidior fiet. VRSI.
Quid id q̄ſo eſt? PLA. Tēperantia quā iterdū modeſtiā nōnunquā ēt moderationē ap
pellare ſolemus. Cuius uirtutis ꝓpriū eſt apetētis ai motus ſedare ac regere. Semperq;
aduerſantem libidini moderatā in oi re ſeruare cōſtantiā. Intemperātiā. n. oēm ai ſtatū
pturbaret & iflāmaret: niſi huic uitioſitati illa uictus obſiſteret: cuius bn̄ficio ægritudi-
nes omneſq; ai pturbationes ſedant̄. Animis n̄ris atq; naturę uim duplicem ineſſe. M.
Tullius affirmat: quarū pars una in appetitu repoſita eſt: hęc opμιc græce dicit̄ quę ho
minē huc & illuc ipellit. Altera uero i rōne quę docet & aperit quid faciendū fugiendū
q; ſit. Ita fit aūt ut rō p̄ſit appetitus uero obtēperet in hoie potiſſimū bn̄ morato: cuius
fundamentū ipſa uerecūdia erit q̄ nō ſine cā prudētię adiuncta ſoliq; homini data: oſtē
dit aliud qdem iuueni cōuenire aliud ſeni. Saltauit ut aiunt qui ueteres teſtamenti Hi-
ſtoriam ſcripſere Dauid rex non autem Samuel: & ut nec ille rep̄henſus: ita iſte magis
laudatus eſt. Abſtinuit fidibus ob uerecūdiā credo themiſtocles ille gręcię priceps: qđ
eas dignitati ſuę nequaq̄ cōuenire arbitraret̄. Scribunt & poetę mineruā tibias abiecīſſe
qđ dū eas inflaret in decorē genarū in fonte pſpexerit deæ minime cōuenientē. Cōtinen
tē & abſtinentem cū eſſe oportet quē nobilē q̄rimus. Hoꝝ aūt alterū in rebus eſt: alte-
rū i moribus9. Aphricanus ille Scipio q nobis multis i reb9 exēplo eſt eximię formę pu-
ellā in bello captā ac ſibi i hiſpania uoluptatis cā oblatā cōſtanter renuit: eamq; iuiola-
tā marito reſtituit. Cato aūt in Epiro achaia cycladibus ueneris & lucri copia abundās

conſtantiſſime: Humatio ruffo teſte tantā turpitudinem reiecit. Scitū ſane illud Fabricii ē in cineā apud Pyrrhū uoluptati oīa tribuentē. Vtinā inqt talē habeāt mētem oēs ppli Romani hoſtes. Quā turpe aūt ſit diffluere luxuriā ſardanapali error nobis oñdit q īcidi iuſſit ī ſepulchrū ſuū: hoc habui qđ edi q̄q; ex ſaturata libido hauſit: Quid aliud ariſtoteles inqt ī bouis nō in regis ſepulchro īcideres? Reb9 āt ī oībus tenenda mediocritas eſt: q̄ ad ualitudinē quoq; ptinet. Eſt āt in deſiderio nō in ſacietate iocūditas uictus. Ille igiť quē nobilē & illuſtrē q̄rimus oēs libidines coherceat. ægritudines aī ſedet. Cōprimat iracūdiā unā ppe infinita mala naſcunť. Præterea uero prudentia utať in bonoꝝ malorūq; delectu. Iuſticia unicuiq; q̄ ſuū eſt tribuendo. Fortitudine labores cōſideratos piculaq; obeundo. Temperātia ut dixi uoluptates oēs p̄termittendo. Hoc q cōſtentiſſime facit & ſi ruſticis parentib9 ignobiliq; loco ortus eſt: nobilis tñ & ingenuus hēri debet. Hæc habui de nobilitate q̄ dicerem. Sed iā finē ſi placet faciamus: niſi qd aliud uis. Nā cęnæ tp̄s inſtat: & traiecto flumine nobis p aduerſum collem ī uicū Varrōis ſubeūdū eſt. Satiſfeciſti mihi abunde & iā tādem ſolos eos nobiles exiſtimo q aliqua ſingulari uirtute p̄diti ſunt: nō āt illos q bñ loti & pexi & ſericati coccinatiq; accipitrem circūferūt in ipſa ignauia nō in ſolertia ut par eſſet nobilitatē collocātes. PLA. Recte ſane. Cōſcendam9 ſi placet. VRSI. Quid ita q̄ſo acceleras? ueniem9 tpi. Nō eſt q̄ ita pperes. PLA. Facit pulchritudo & magnificentia haꝝ ædiū q̄s nup magna cū arte & miro ſūptu ædificaſti ut eo facilius pficiſcar. Quid. n. illis ædib9 decētius repiri pōt ſi trabes auratas ſi parietes bñ pictos īſpicis. Quid cōmodi9: ſi ampla cęnacula: ſi porticus faſtigiatas: ſi cubicula uenuſta: ſi hortos ægregie cultos intuemur? VRSI. Gaudeo ſane uicū hunc noſtrū ita tibi placere. Curaui ego hāc ædificationem non magis q̄ mea hoſpitū cā: nec priuatoꝝ hoīum ſolū ueꝝ etiā pōtificū ac regum: ut ſi qñ eis hac iter facere cōtingeret: meo bñficio pcōmode recipi poſſent. PLA. Indicauit id mō pōtificis ſixti aduentus quē ita magnificētiſſime accepiſti ut a nemie meli9 aut lauti9 accipi potuiſſet: q̄ uiri ſplēdidi & illuſtris ppriū ē. VRSI. Putaui ſane hoc eſſe magnifici hoīs officiū. Sed tectū q̄ſo iā tādem ſubeamus ne hūiditate nocturna lædamur: nos p̄ferti q ob difficilē collis aſcēſum: non nihil ſudamus.

¶ Platynę dialogi ad Laurentium medicen phemium

QVi uitā ciuilem Laurenti ſibi deligere: ii mihi nimiꝝ p̄ceť cæteros ſapere uiſi ſunt. Laudent quātū uelit: dryudas ſuos galli: laudent gymnoſophiſtas Indi: nec ſuos heremitas īprobēt xp̄iani. Ego. n. ſic exiſtimo hūc mūdū quē colimus: quēq; tā ornatū quodāmodo pictū cernim9 nullā ſpēm habituꝝ niſi a ciuilib9 hoībus īcoleref: ii ſunt pfecto q puincias diuiſere: q urbes ſuis locis q pagos q uillas q oppida cōdidere: q hoīes ī unū cōgregatos p trib9 ac uicos diuiſere: q p̄rem familias ſuis p̄eſſe uoluere. At uero: ut ii ī unū cōgregati bñ ac ſanctę uiuerent: ſuis legib9 uita ciuilis deſcripta eſt: tū ab illis priſcis legū latoribus ſolone lycurgo ac dracone: tū uel maxīe a Platone & Ariſtotele: quoꝝ libri de morib9 p̄ſertim ciuili diſciplina referti ſunt. Laudāt ii certe priuatā uitā: cōtemplādiq; rōnem: & in ea ſolidā uoluptatē collocāt: ciuilem āt ita amplectunť ut in ea laudāda magna uolumina cōſcripſerint: q̄ certe nō feciſſent: niſi hāc uitā fructuoſiorem: illi meriti ac deſiſidi p̄ferendā multis rōnib9 itellexiſſent. Nā q̄ uitā in ſolitudine ducit: q̄q; reꝝ ac deorū naturā cōtemplať: his certe cū ſolicitudines hūanas ſubterfugiat: ac ſanctā ſocietatē deſerat: ſibi magis q̄ alteri natus eſſe uiť. Magnū ē pfecto: deos cōtemplari: eoſdēq; nobis

propitios

Digitized by Google

... cõſcripſere: q

qdē ad paucos ꝑtinet. Sed ego potiſſimũ Romãos laudo & admiror: q̄ poſthabita priuata cõmoditate & uoluptate aĩ de legib9 & morib9 ſcribẽtes cõi hoium utilitati ſꝑ conſuluere. Hac itaq; rõne motus Laurẽti ne mihi tm̃modo nat9 eẽ uidear ſcribere aliq̄d ad te de optimo ciue ĩſtitui: quo mihi & tibi pariter ſatiſſacerẽ. Multũ.n. pr̃iç iſti tuæ florẽtiſſimæ debeo: q̄ me licet externũ tot ãnis ñ mõ aluit ueꝝ ẽt erudiuit. Multũ p̄terea auo ac pr̃i tuo uiris certe clariſſimis: quoꝝ benignitate & gratia ĩ cliẽtelã familiç ueſtrę ſuſcept9 ſũ. Veꝝ qa auus tuus Coſmus rempu. Florentinã ſꝑ coluit: ꝓ eaq; tuẽda maxĩa bella & grauiſſimas inimicitias plęrũq; ſuſcepit: eũdẽ quoq; nõ mõ tecũ ſed ẽt cũ reliquis ciuib9: q̄bus oĩbus bñ cõſultũ uult loq puto. Eius.n. ꝑſonã loq̄ntẽ feci: quo tibi ac ciuib9 tuis auctoritate tãti uiri maior ardor concitaret̃: ad bñ merendũ de repu. quã uobis amplã & ſplendidã ſua ĩduſtria & aĩ magnitudine reliq̄t. Neq; eſt certe Laurẽti cur hoc noſtrũ munuſculũ aſꝑnere: q͛ puulũ ſit: q͛q; ẽt ꝑegrin9 ad ciuẽ ſcribat. Scribãt alii magna uolumina ad ociolos & inertes. Scribo ego ad te cuius tota uita in actiõe repoſita eſt: q q; ciuitati tuę cõſulis: de tuo ẽt ne his grauiſſimis tẽporibus fame laboret: q̄ grauiter q̄dẽ neſcio quo fato oẽm Europã nũc uexat. Quod ãt ꝑegrin9 ad ciuẽ florẽtinũ de gubernãda repu. ſcribam: nõ eſt cur q̄ſpiam miret̃: cum multi ante me id fecerãt: cũq; etiam eiuſdem ciuitatis merito ciuis appellari poſſim: in qua annis aliquot uixi: in tanta ciuim caritate & beniuolentia: ut facile dignoſci nõ poſſet ciuis ne an ꝑegrinus eſſem. Sed hæc quæſo tãdẽ omittamus: atq; auũ tuũ Coſmũ q̄d optimũ ciuẽ facere oporteat diſſerẽtẽ audiamus abs te tñ ut a tyrõe res prius ĩcohabit̃ ut ue lites & rorari apud Romãos ĩ ꝓliis ſolebãt. Tibi.n. primę ꝑtes attribuunt̃ q ſic Platynã carigiũ ueſtrũ adeũtẽ alloq̄ris.

ℂPlatinæ de optimo ciue liber primus incipit.

LAVRENTIVS

HIc eſt Platyna ni fallor quẽ ad nos ueniẽtẽ uideo: q̄d ſibi uelit ĩ carigio noſtro haud ſatis ſcio: relicta p̄ſertĩ florẽtia ubi ueneres oẽs & blãditię ĩſunt. PLA. Quaſi uero plures blãditias & uoluptates faciã: q̄ ociũ & q̄etẽ. Seceſſi paululũ ab urbe mi Laurẽti dõec ludi iſti ueſtri theatrales & mimici eferueant. Quieſcere.n. interim nõ licet aut ĩgenio frui: dũ florẽtin9 ppl̃us ad ludos natus: uocib9 & clamorib9 oĩa cõplet: clamat: ꝑſtrepit: explodit: laudat. Tubis p̄terea tibiis fiſtulis cornibus adeo cœlũ frãgũt ppl̃ares: ut nil excogitari uiro dignũ tũ liceat. LAV. Qui de rep. ſcripſere: ꝓbarũt ne ludos? An hęc cõſuetudo ut alia ꝑmulta irrepſit: uimq; legis ĩ ciuitatib9 cœpit. PLA. Ph̃os domi hẽs & ex me ꝑegrino q̄ris q̄d ad ciuitatẽ ꝑtinet? Auũ tuũ Coſmũ uiꝝ ſapientiſſimũ ſuſcitare: q ut arbitror uſu ætate & expientia neminẽ ſupiorẽ nedũ parem hẽt: q͛ ẽt ipſo tacente reſpu. ueſtra florẽtiſſima indicat: quã & ab externo hoſte & a ſeditioſis ciuib9 ſæpi9 exagitatã hac pene oppreſſã nõ mõ liberauit uerũ ẽt legib9 & ĩſtitutis fortunatã reddidit. LAV. Nollẽ auo meo moleſtus eẽ: q nũc ĩ ripa tertiolę ĩ uiridi opacoq; loco ſub q̄rcu illa aĩ & uitãdi ęſtus cã reſidet. Parcẽdũ eſt eius ętati: q̄ ꝑ ſe morib9 eſt (ut ait Cicero) parcẽdũ ualitudini q̄ pſępe afflictat̃. Adde q͛ ciuilib9 negociis & ꝓcellis exagitat9 huc ſeſe ut ĩ portũ recipit. PLA.

Quaſi uero a ſene bñ iſtituto beneq; de repu. merito: q̃cq̃ fieri iucũdius poſſit: q̃ aut qd fit agendũ in uita ad bñ beateq; uiuẽdũ cõmemorare: aut ſuos edocere quo pacto ciuita tẽ iuſte ac ſancte gubernẽt. Hoc uno ſiqdẽ modo oẽm ei leuabimus ſenectutis & ualitudinis moleſtiã. Ab his.n. ad meliorẽ cogitationẽ aĩum ei9 traducemus ex qua ꝓfecto nõ minorẽ ipſo q̃ nos uoluptatẽ capiet: cũ docẽtes æq̃ ac diſcẽtis par uoluptas ſit. Sed accedamus ꝓpius: & dũ ĩ uita ẽ q̃cq̃d poſſumus ex eo tãq̃ ex uberrimo fonte hauriam9 qd' tibi & tuę rep. ꝓſit omiſſis ludis illis de qb9 paulo añ dixim9. Ego.n. uiciſſim hoiem interrogabo: tu q̃ dicet notabis & ediſces. COS. Quid huc q̃ſo Platyna? Carigiũ ne ueſurus & tertiolæ riuũ & q̃rcũ hãc frõdoſam: an æſtus urbaniq; tumult9 uitãdi cã huc ueniſti? PLA. Vt te uiderẽ & ſalutarẽ Coſme utq; aliqd a te ꝑdiſcerẽ una cũ laurẽtio nepote tuo: ad quẽ florẽtina reſp. poſt te uẽtura ẽ. Nã petrus fili9 adeo podagra & articulari morbo laborat: ut nõ lõgior ei uita futura uideat: hãc ob rẽ exiſtimo Laurẽtiũ nr̃m tibi ac p̃ri breui ſucceſſurũ: decepturũq; ab utroq; rẽ pu. bñ ueſtris artib9 ac labore inſtitutã. Quare ut auo ac p̃re dignus uideat: ediſſere & qdẽ breuiter nolum9 tibi diu moleſti eſſe: qd optimũ ciuẽ in gubernãda ciuitate deceat: ut tanq̃ optim9 poeta hũc extremũ uitæ ac tũ bñ & utiliter trãſigas. Hoc ẽ munus tuũ hoc a te expectat: nõ a riuuli ſuſurro: nõ ab his uirgultis & arboribus (q̃ ut Socrati placet) nil hñt in ſe ꝗ hoies doceãt. Quã ob rẽ aggredere q̃ſumus: da hoc nepoti: da p̃riẹ: ut q̃ ornata ꝑ te eſt: eadẽ quoq; ĩ futurũ cõſilio tuo ꝑ nepotẽ ſalua & aucta uideat. COS. Nõ poſtulatis a me hoc ut uideo ſed flagitatis. Faciã ego uobis ut potero ſatis: q̃q̃ hoc ſit ꝑlu doctiſſimi ac ſapientiſſimi munus: a me ãt hęc habetote: ut ab hoĩe potius ętate & rer̃ humanar̃ cognitiõe ꝑito: quã doctrina & arte ĩbuto. Interim uero uacuũ tp̃s & liber̃ mihi dari peto. Nã q rẽ tãtã ſuſcipit cura certe & negotio uacare debet. Abigetote q̃ſo ruſticos iſtos a me ne nos a rep. ad rem ruſticã traducãt. Importuni ꝓfecto ſunt & ꝗ uolunt nimis uolũt qppe q affectus ſedare uſu uel arte nequaq̃ dedicere. LAV. Hoc meũ erit negotiũ meo iuſſu cõticeſſent oẽs. q̃eſce ſi placet & ĩ hoc ceſpite recũbe ac pedes cõtrahe ne aqua ſubluti articulari morbo uexent: qd' ĩ frigidis podagris accidere ſolet. Quęret ex te Platyna aliud ex alio: & ego qd' diſſeres tanq̃ ex oraculo ꝑcipiã & ediſcã. PLA. Quia uero ut ait Maro nõ oĩa poſſum9 oẽs: ob eã rẽ ſi qd mihi exciderit: aut p̃termiſſũ a me fuerit: tu ſtatĩ ad quẽ ꝑtinet id ſuggeſſerit: facieſq; auũ tuũ rogãdo ad dicendũ alacriorem: cũ te ex ore ſuo tã q̃ ab ubere pendentẽ uidebit. LAV. Faciã: ego uero qd' uelle te uidero & inueris. Conticeſcamus: dicturus ẽ aliqd auus tuus mẽtũ attrectat & barbã mulcet. COS. Ego uero cũ ſępe alias tũ uel maxĩe nũc cogitabã: multũ hoi natura tributũ eſſe: ĩ eoq; mentẽ ipſam magnã uim rer̃ optimar̃ cõtinere: hic faciẽdi ꝗ honeſtũ & uitãdi qd' turpe eſt rõnem colligimus: cũ natos eẽ nos & ĩ lucẽ editos ad decus & honeſtatẽ cernimus. Hoc ẽt naturalis ſocietas hoc hoium cõiunctio iter ipſos expetere uĩ: q̃ ex re illa quã q̃rim9 reſpu. naſcit: q̃ eſt (ut ariſtoteli placet) cor̃ q in ciuitate degunt iſtitutio: cuiuſq; finis ẽ bñ uiuere. Sed qm̃ res tanta gubernari bñ ſine parente & ductore oium nõ põt ab eo ſi placet exordiamur. Deo.n. duce errare nemo põt. Preterea uero igrati uideremur: cum poetę fabulas narraturi uana numina inuocent. Si nos dei optimi maximi nomẽ p̃teriremus: nos inquã quos ꝓuidos ſagaces acutos memores plenos rõnis & cõſilii fecit. Solus.n. hõ ex tot aĩantiũ generib9 atq; naturis rõnis ꝑticeps & cognitionis eſt: ob eãq; rẽ deo ꝓprius accedit. Quare ſi placet & ni aliud uultis hinc exordiamur. PLA. Rectiſſime eqdem: iſto.n. duce errare nemo põt. Sed uocem attollas oportet Coſme: cõcentu enim auiũ: ſtrepituq; fluminis non bene q̃ dicis ꝑcipimus. COS. Accumbite q̃ſo: ut q̃

dicturus ſum cõmodius intelligatis:mihi.n.per ætatem uocem attollere non licet:nec
arteriam defatigare:LAV.Accubuimus tua & noſtri cã:ne qcquã ex ore tuo excideret
qđ nõ pciperemus.COS.Principio qdem cõparandæ auctoritatis cõſtituendeq; reip.
ſingulare fundamẽtũ religio ẽ.Nõ.n.paꝝ fidei apud ciues ſuos ille ſibi cõparat:q & de
um imortalẽ eſſe & oia poſſe exiſtimat: putatq; qcqd humanũ genus ꝓuidũ acutum i
ſe præclarũ & excelſum habet non ꝓpria induſtria & ſagacitate ſed diuĩni numinis gra
tia obtinere. Vt igiť unus deus ex inſtituto xp̃ianæ religionis in ciuitate noſtra pie ſan-
cteq; colatur & adoreť Laurenti curandũ tibi potiſſimũ eſt.Hoc.n.a nobis ſuo merito
uult deus:q patriæ nr̃æ hãc remp.tã amplam tãq; florẽtem p̃ſtitit.Prẹterea uero:cũ fie
ri non poſſit:ut in magnis urbibus inter ciues ipſos æmulatio interdũ nõ oriať : pietas
iſta ad tutelã tui ipſius:& monumẽtum non paꝝ roboris tibi p̃ſtabit.Minus.n.(ut ari
ſtoteli placet)reformidãt hoies quẽ religioni & pietati deditũ uiderint: minuſq; contra
illũ ſeditioſi audebũt quem diis amicũ pſpexerint.Cyro qdẽ ad auum aſtyagẽ ituro:hęc
imprimis mãdata dat pater cambyſes ut eſt apud Xenophõtem ſcriptum. Hæc a me
diſcas fili q̃ hn̄tur maxima: nihil a te uel publicis,uel priuatis in reb9 agendũ:niſi ſacris
pactis deorumq; uoluntate auguriis pſpecta & cognita.Humanum.n.genus erorib9
plenũ eſt:at dii cũ ſp fuerint cũq; oia norint p̃ſentia p̃terita ac futura inuocati adſunt cõ
ſultatiõibus hoium:qbus ꝓpitii ob pietatẽ fuerint: ſigniſq; oſtendunt:qd agere quibus
ue abſtinere oporteat.Quod ſi noluerit oibus cõſultũ eſſe:nil miꝝ uideri debet : nulla
.n.neceſſitate urgenť:ut q̃ nolint curent.Hoc ãt ſanctiſſimo mãdato ꝑmotus Cyrus:
nil unq̃ priuatim ac publice egit:q ad regem ꝑtineret: quin prius litaret:cõparataq; ui
ctoria ſacrificando diis gratias ageret. Tñ præterea bene inſtituti regis exẽplũ ualuit:
ut genus pſaꝝ ferox antea & indocte ad bonã frugẽ breui redigereť.Nũquã uero bella
ſuſcepit Dauid,ille fortiſſimus:q & Goliã ſingulari certamine ſupauit:& finitimas gen
tes iudæis iſeſtas domuit niſi prius ſacrificia deo maximo exhibuiſſet.Parta ãt uictoria
hymnos ſtati cecinit:eidẽ gr̃as agens:ut oñderet dei benignitate & gr̃a nõ ſuis meritis
tantã fœlicitatem ſe cõſecutum fuiſſe. Ad antipatrũ ãt ſcribens ariſtoteles hoiem certe
rogat ut Alexandrum Macedoniæ regem moneat:ne tot uictoriis elatus quod in Aſia
adeptus fuerat deũ cõtẽnat:cuius nutu oia mouenť:qui fortaſſe diutius in regno tot la
boribus parto uixiſſet:ſi p̃ceptoris ſapiẽtiſſimi monitus obtemparaſſet:nec coli ut Ha
monis filius & more pſaꝝ uoluiſſet.Quãta ãt ſit religionis uis: & obſeruatio humanæ
pietatis erga deos ex hoc maxie cõprehendi Laurẽti põt:q gẽtiũ quoq; hoies deos qua
leſcũq; colẽtes fœliciores ſunt habiti.Tantãq; apud ciues ſuos auctoritatẽ hac una re cõ
pararũt:ut pplos quoquo uoluerit facile ipulerit:ut de numa Põpilio legiť : q pplum
ferocẽ Romuli ipio religiõe iniecta ad meliorẽ cultũ redegit: depoſita ſæuitia illa & ru
ſticitate. Teſtãť hoc ancillæ & ſacra q̃dã regni pignora:ianus.ſ.bifrõs belli & pacis arbi
ter:foc9 ueſtę uirginib9 creditus:Põtifices augures rit9 ſacroꝝ faſti dies. Añ numã hæc
oia icognita fuere. Veꝝ his acceptis haud difficile factu uiſũ ẽ pplum licẽtia bellica effe
ratũ i officio cõtinere.Senat9 uero Ro.ad hãc rẽ ſpectãs decreto iſtituit ut ſigulis qbuſ
cũq; ãnis decẽ p̃ricioꝝ filii ad nr̃os ſacroꝝ pitos mitterenť:q hetruſca iburi diſciplina i
p̃riam redeuntes diis ſuis rite ſacra exhiberent.Adducere tibi exempla multoꝝ i mediũ
ꝑfecto poſſem:cũ eoꝝ q ob pietatẽ etiam apud hoſtes tuti & in precio ſunt habiti:tũ
illoꝝ q ſpreta religione ſacrilegii & ipietatis ſuę pœnas tandẽ & qdẽ graues dedere.Sed
omiſſis his falſoꝝ deoꝝ opiniõib9:ad religionẽ nr̃am caſtã ac ſanctã redire placet: q̃ &
ſi neceſſaria ſit:tñ ſi qua in re ab aliquo nõ bñ iſtituto ambigereť pp honeſtatem & uti-

litatem humani generis recipiēda eēt. Nō.n.ſupſtitionē habet ut iudaica: nō aniles fabu
las ut gētilis: nō turpitudinē ut machometana. Ad iuſticiā nos īpellit ad fortitudinē ad
modeſtiā. Pudorē nobis ꝓponit pudicitiā fidē cōſtātiā honeſtatē. Cōtra uero petulātiā
uitare ſtuprū fraudationē ſcelus furorē turpitudinē libidinē iniqtatem luxuriā ignauiā
temeritatē nos admonet ꝑceptis & īſtitutis: quare mi Laurēti hāc religionē: cuius cha-
racterē a teneris annis ī fide parētū ſumpſiſti cōſtāter amplectere: nr̄amq; ciuitatē tuo
exēplo in hac fide cōtine Xp̄m unici dei filiū colēdo cū p̄re ipſo ac ſpiritu ſancto regnā
tem: neq;.n.decet te ac reliquos xp̄ianos unū deū in trinitate ꝑſonaꝝ adorātes & trinita
tē in unitate diuinitatis a gentibus religiōe & pietate ſuparī: maxie uero cū illoꝝ religio
uel ſuperſtitio potius fabulis ut dixi nitať: noſtra uero ſanctiſſimis īſtitutis ac īfinito
ꝓpe martyrū ſanguīe ꝓbata & cōfirmata tot annis ſit: tot doctiſſimorū uiroꝝ ꝑceptis
quot ecclīa Romana ī ꝑcio habet: & ut de hoībus bn̄meritos colit. Multū ꝑfecto deo
nr̄o debemus: īſpiciēda igiť ſunt eius merita erga p̄riam nr̄am quā totiēs ab hoſte & q
dē grauiſſimo tutatus eſt: quāquā ēt a peſte & fame ꝑſępe liberauit. Nec min9 certe qd
nr̄a familia ei debeat cōſiderādū q̄ qdem tumultu militari & ſeditiōibus īterdū exagita-
tā ī ciuitate ut uides cū dignitate retiuit. LAV. Ego uero Coſme q; uelle te uideo quod
q; ēt rō dictitat libēter faciā. ſed dic q̄ſo q̄ ſit iſta ſupſtitio quā totiēs cōmemoras. COS.
Dicet hoc Platyna ad quē ꝑtinet Nā hę ſunt eius ꝑtes. PLA. Ego uero dicā qď Cicero
ſentit maiores nr̄i inqt religionē a ſupſtitiōe ſeparunt: nā q totos dies ꝑcabanť & imola
bāt ut ſibi ſui liberi ſupſtites eēnt: ſupſtitioſi ſunt appellati qď nom̄ poſtea lati9 patuit.
Qui āt oīa q̄ ad cultū deoꝝ ꝑtinēt diligēter tractarēt: & tāquā relegerēt ſunt dci religio
ſi: ut eligātes ex eligēdo: tanquā a diligēdo diligētes: ex itelligēdo itelligētes: his.n.uer-
bis oīb9 ineſt uis eligēdi eadē q̄ ī religioſo: un̄ alterū uitii nomē eſt: alterū laudis. Eſt āt
religio ueri dei cult9: ſupſtitio falſi ut q ſupſtitē memoriā defunctoꝝ colūt tāquā deos.
Cur āt lactātius religionē poti9 dictā uelit a religādo: nō Hercle ſatis intelligo. Fuit bi
duo apud īferos xp̄s inqt: hoc uīculo pietatis obſtricti deo religati ſumus: un̄ religio no
mē accepit. Veꝝ cū ante xp̄m ip̄m deoꝝ quoq; metus eēt: cuius ſanguīe & pietate reli-
gati eramus. Nullū certe tū erat uīculū: imo titubabāt: & ſoluta erāt oīa. Venit q nos
redimeret & cuius pietatē ac miſericordiā religeremus tātoꝝ bn̄ficiorū memores. Vter
uero melius ſentiat alioꝝ ſit iudiciū: perge Coſme niſi qd ad hęc regris. COS. Alte ue-
ro: & ut oportuit a capite repetiſti oīa. Aniles igiť ſupſtitiōes ocioſoꝝ quorūdā uitabis
Laurēti: ne fruſtra tp̄s in nugis teras: & ea timeas q̄ oſcitātes qdā aucupii gr̄ia cōfingūt
& ſomniāt. Nō eſt cur ſacerdotes reges qď irridēdo Socratē feciſſe aiūt: ut æſculapio ꝓ
te gallū imolēt. Sāctitatē uero q̄ eſt (ut ait Cicero) colēdi dei ſciētia amplectere. Hip-
pocritas fuge ne te ſuis artib9 ſupſtitioſum reddāt. Eſt.n.genus hoīum ꝑnitioſū & ma
leficū: hos qdē ut reꝝ oīum ſimulatores ac diſſimulatores ſaluator ip̄e ī euāgelio deteſta
tur & accuſat. Occultū qppe ſcel9 eſt nec ut alia uitia facile dignoſci pōt. Virtutis.n.ac
ſanctitatis noīa ſp in ore hn̄t: cōtēnere oīa uidētur: ſaluatoris & ſanctoꝝ ſimulachra pu
blice magis q̄ priuate uenerant & adorāt: obtorto ambulant collo demiſſo uultu: ſqua
lida barba & ueſte: atq; ii qdē magna ex ꝑte ignaui rudes ſordidi: ſola oſ̄tatiōe & uultus
pallore cōſpicui hoīb9 tanq̄ iutiles fuci: & alienis laborib9 iſidiātes ifeſti ſūt. Quare bn̄
ſe diceret ac loqret̄ ſecum.Scribēs ad Curionē Cicero:te inqt in conſilium adhibe:tecū
loqre:te audi nolebat adoleſcentē circūueniri alioꝝ cōſiliis.Audiēda ſunt alioꝝ conſilia
& penſitāda priuſq̄ aliqd p rep.aggrediare.Bibe inqt ſalomon de tuis uaſis & puteoꝝ
tuoꝝ ſcaturitionibus:hoc eſt cōſilio tuo utere re ēt prius a bene ſentientibus pſpecta ac
cognita.Hac itē agitatione mentis tibi ac reliqs bene inſtitutis ciuibus puidendum ē:
neqd ciuitati in futuꝝ ſiniſtri accidat:ne bello:ne ſeditionibus:ne caritate reꝝ:ne inced
dūs:ne rapinis:ne peſtilentia pplus opprimat̄.In cōſilio nāq;(ut ait Plato)pteritum
tps nobis exēpla ſuppeditat:cū attendit̄ qd cur q̄q; gens paſſa ſit ut caueamus:aut qd
prudenter egerit:ut imitemur pręſens ut annoſos muros & rimoſos inſpicimus.Ho-
mines timidos & ibelles:annonæ ut ante dixi caritatem.Futuꝝ:ut nequid fiat temere:
unde infinita mala oriunt̄.Hoc āt ſi feceris laurenti & patriæ noſtræ bene conſules:&
tibi fœlicitatem cū gloria comparabis.PLA.Cū te audio Coſme minus certe Platonē
ipſum minus Ariſtotelem & ſi q̄ de repu.ſcripſere deſiderio:adeo rē ipſam ante oculos
ponis.Sed ego multū hac in re cognatiōi tribuo q̄ te cogit patriæ & poſteritati tuę his
pceptis cōſulere.COS.Ita eſt pfecto ut dicis.Nemo.n.oīum eſt cui uelim magis con
ſultum:q̄ patriæ meæ q̄ agnationi & gētilitati familiæ ...

mortuo aliquãdo celebratura eſt. Quare niſi quid aliud uis ſine pgam ut cœpi: quãdo quidem Laurentium noſtrum attente omnia audituꝝ uideo. LAV. Vereor equidẽ coſ me ne tibi contingat: quod aiunt cygno morituro: Tũ demũ. ſ. auem ipſam optime canere: ubi mortem ſibi adeſſe ſentit. Superaſti certe teipſum: & quaſi ultimos conatus ingenii tui editurus ſis mirabilis hodie mihi uiſus es. COS. Sit ita ſane ſi nõ doctrina ſaltem auctoritate quod maxime cupio apud te ualebo. De morte alias dicetur latius quã nec formido nec opto. Sed ad inſtituta pergamus. Non apud medos ſolum (ut ait Herodotus) ſed apud omnes gentes iuſtitię gratia delecti ſunt qui aliis preeſſent. Acciti ẽt quidam externi ſunt ob inſignem iuſtitiam qui ciuitates regerẽt: ut de Numa legimus. Nam cum præmeretur inops multitudo ab his qui maiores opes habebant: ad unum aliquem confugere neceſſe erat uirtute præſtantem: qui ſũmos cũ infimis pari iure retineret. Eadem etiam cã conſtituẽdaꝝ legum fuit: q̃ cũ omnibus una atq; eadem uoce loquerentur. Aurea profecto uideri debet (ut certe eſt) illa doctoris ueſtri argyropyli ſententia: q aſſerit ita iuſticiam in humana ſocietate neceſſariam eſſe: ut inanimante animã. Atq; ut ſi inſit illa corpus interno motu ciet: ſin egreſſa fuerit: riget cõtinuo diſſoluitur atq; putreſcit: ſic ſi iuſticia adminiſtret ſocietas conſtat: ſit poſthabita fuerit langueſcit & exhalat. Nemo eſt enim qui ut deum quendam iuſtum non intueatur & admiretur. Huic homines ipſi cõmittunt fortunas liberos coniuges: atq; humana omnia: & merito quidem: cum iuſticia ſit (ut Ariſtoteli placet) nõ pars q̃dam uirtutis ſed tota uirtus: ut iniuſticia tota uitioſitas eſt. Fundamentũ ergo perpetue comedationis & famæ iuſticia erit: ſine qua nihil põt eſſe laudabile. Camillus dictator Romanus remiſſo pedagogo uirgis ab eiſdem pueris cœſo quos ſecũ trãſfuga in caſtra hoſtium duxerat; phalerios quos ui non poterat iuſticia & clemẽtia in deditionẽ accepit. Laudat ut Ariſtides ac Iuſti cognomentũ conſecutus eſt: cũ in oĩbus tum uel maxime ꝙ Themiſtoclis cõſiliũ ut ante dixi utile quidem non tñ honeſtum & iuſtum apud populum Improbauit. Primum aũt Iuſticiæ munus eſt: (ut ait Marcus Tullius) ne cui quis noceat niſi laceſſitus iniuria: deinde ut cõmunibus pro cõmunibus utatur priuatis ut ſuis: quemadmodum legibus deſcriptum eſt & iure ciuili. Cõmunia autem ſunt: errãtes admonere: ignaros docere: aut ut erudiantur curare: aquam non prohibere: pati ignem ab igne capere: cõſulẽtibus fidele cõſiliũ dare: qđ ad cõem utilitatẽ pertineat. In hac aũt ſocietate humana gradus diſtinguere ſupuacaneũ quodãmodo mihi ur. Quis. n. eſt q̃ neſciat: plus ſe patrię: parentibus: liberis: ꝓpinqs: ciuibus debere: eiuſdẽ nationis: eiuſdẽ linguæ q̃ peregrinis & externis? Multa ſunt. n. ciuibus inter ſe cõia (ut ait Cicero) quæ ſocietatem humanã cõſirmant: forũ: phana: porticus: uiæ: leges: iura: ſuffragia: conſuetudines: p̃terea & familiaritates: addo ẽt cõnubia & affinitates: qbus tanq̃ firmiſſimis nodis ciuitas iter ſe colligat. Hinc ẽ ꝓpagatio ſobolis & origo ciuitatũ: cuius ꝓcuratio nõ aliena ẽ ab optimo ciue: quo magis ſimul nectant uolũtates ciuiũ: quoq; numeroſior nr̃ fiat pplus. Sed qm̃ nulla ſocietas p̃ſtãtior: nullaq; firmior ẽ: quã q̃ cũ bõis uiris cõparat: curãdũ tibi erit ac reliqs ciuib9 ut morib9 doctrina eruditiõe ſi fieri poterit ĩbuant oẽs. Hac. n. rõe & de p̃ria noſtra bñmerebere: & tibi niſi oĩno fuerit ingrati ciues noſtri aliqñ parẽ gratiã referẽt. Præterea uero eos utpote rõne ĩbutos quoquo uolueris ꝓ utilitate reip. facile ĩpelles: ꝙ nõ adeo fit in hoibus lr̃arum & doctrine ignaris. PLA. Addis ne huic uirtuti aliud? COS. Addo certe. Nã cũ totius iuſticię fides ipa fundamẽtũ ſit: curãdũ erit Laurẽti tuo potiſſimũ exẽplo in dictis pactiſq; eam ſeruẽt ciues noſtri. Stãdũ ſiqdem ꝓmiſſis eſt: & id faciendũ quod iuſticia & rõ exigit. Hác. n. ob rẽ fidem ipſam ſtoici dictã putant.

[illegible] quoq; [illegible] peregrinis & hoſtibus illud declarat:qď dii ipſi q uoluerūt lō-
ge ac late diffundi ipſā uirtutē & iuſticiā:uinculū ipſi9 fidei iterpoſita auctoritate nomi
nis ſui annecti paſſi ſunt. Eſt.n.iuſiurandū affirmatio religioſa:tota qdem ad iuſticiā &
fidē ptinēs. Vñ pclare ait Ennius:o fides alma apta primis & iuſiurandū iouis. Cū itaq;
iuſiurandū uiolať fides uiolať:quā in capitolio uicinam iouis optimi maximi Romani
eē uoluerunt. Qď.n.iuratū ē & mēs cōcepit fieri oportere id obſeruādū ē. M. Regulus
unicū certe iuiolatę fidei exēplū maluit ad certā pœnā redire quā datā fidē uiolare. Su-
peratis āt i ſcicilia carthaginēſib9 cū amilcar & hanno de pace acturi eēnt ueriti primo
adire cōnſules ſunt: ne ipſi quoq; fidefragi in uícula cōiicerenť: quēadmodū a ſe olí cor
nelius aſina cōtra iuſgentiū cōiectus fuerat. Verū hanno cōſcius Romāi aí cōſules adiit
apud quos cū de finibus agereť dixere qdā poſſe ei merito euenire qď cornelio p ſuos ac
ciderat. At uero iposito a cōſulib9 ſilētio:te inqt hanno fides ciuitatis noſtre hoc metu
liberat. Seruandū ergo iuſgentiū eſt:ſeruāda fides:nō dico pdonibus:aut piratis q cōes
oium ſunt hoſtes:nō perduelles. His āt ſi pactū p libertate & capite pciū ciuis florenti
nus nō attullerit:nulla fraus ineſt:ne ſi iurati qdē id nō fecerint. Nā falſum iurare nō pe
ierare eſt:ſed qď ex aí tui ſnia iuraueris:ſicut uerbis cōcipiť id nō facere piuriū eſt. Scitū
eſt certe illud euripidis. Iuraui lingua mētē iniuratā gero. Reguli qdē piuriū fuiſſet niſi
fidē datā ſeruaſſet. Hāc uero tanti ſemp fecit populus Romanus ut ēt pclaros uiros ho
ſtibus dediderit:ut de. T. Veturio & Sp. Poſthumio:ac. C. Mancino legiť qď in iuſſu
ſenatus cum hoſtibus fœdera iniiſſent. Poſt cannenſem pugnam decem captiuos ad ſe
natum miſit Hannibal iuratos ſe in caſtra redituros:ſi de redimendis captiuis nō impe
traſſent:nouem ex his re iſecta rediiſſe cōſtat:unum uero ex decem qui paulopoſt quā
erat ingreſſus e caſtris rediiſſet quaſi aliquid eſſet oblitus: Romę manſiſſe: reditu.n.in
caſtra liberatū ſe eſſe iureiurando interpetrabatur. Sed hunc quidē ueteratorem & cal-
lidum uinctum ad Hannibalem ſenatus remiſit. Nullum.n.uinculum ad colligendā
fidem iureiurando arctius putandū eſt. Id indicant leges: indicāt fœdera:incidant pœ
nę irrogate a cenſoribus:his potiſſimum qui fidem uiolarunt. Curato igitur tuo ēt exē
plo:ut eā ſeruent ciues cū inter ſe: tū cū peregrinis utq; in emendis uendendiſq; rebus:
in cōtrahendo locando conducendoue nulla fraude utantur:nullo dolo malo. LAV.
nō eſt ſatis Coſme dicere hoc uel illud agendū:niſi doceas q̄ id rōne fiat. COS. Probe q
dē ſentis. Et qm̄ ut corpus mēbris ita ēt ſuis mgr̄atib9 ciuitas cōſtat:uidēdū pfecto quā
diligentiſſime erit:quos potiſſimū ex ciuibus ad gubernandā rempu. deligatis. Niſi.n.
paterfamilias qui iterdum eius uices gerat habuerit nulla erit proculdubio oeconomię
rō:quod certe multo magis in ciuitatē cadet:quę pluribus curatoribus indiget: qui nō
ex quouis genere hoium:licet popularis ſit ſtatus nr̄: ſed ex uera nobilitate de q̄ antea
dixim9 deligēdi ſunt:conſentaneū nāq; ē ex melioribus ortos meliores futuros:tū ad i-
perandum:tū ad parendū. Optimus.n.gubernator legibus ipſis plerunq; antefertur:
quod non uniuerſa tantum ut leges:uerum etiā partes inſpiciat. Hos eſſe bonos & pe
ritos legum ſi fieri poteſt oportet:uel conſuetudinis patriæ & rerum humanarum gna
ros quod certe non continget niſi grandiores natu fuerint: quæ quidem ætas potiſſi-
mum magiſtratui couenit:cū ſenes ob ætatem uerecundiam populis iniciāt. Pręterea
uero nemo pſertim bene inſtitutus indignatur ſenioribus pp ætatem: parere:qñ & ipſe
quoq; cū ad id ætatis puenerit:ſciat ſe tale pmiū recepturū:cūq; itelligat eū poſtea recte
aliis impaturum:q prius modeſte ac cōſtanter alterius impio obtempauerit. Sint igiť

quos deligeris ad magiſtratũ obeũdũ legẽ qdẽ loquentẽ(ut ait Cicero) boni: modeſti:
cõtinẽtes: iuſti: fortes: prudẽtes: abſtinẽtes: & a quouis flagitio alieni: teneãtq; diiudicã-
di & impandi modũ. Teucri.n.dñt (ut ait Plato) cõmoditatẽ ciuiũ: & qcqd agũt ad eã
referre obliti cõmodoꝝ ſuoꝝ. Totũ ꝓterea ciuitatis corpus curare dñt: ne dũ ꝑtẽ aliquã
tuent̃: reliquas deſerãt. Nã q parti ciuiũ cõſulũt: ꝑtẽ negligũt: rẽ ſane ꝑnitioſam in ciui-
tatẽ inducũt ſeditionẽ atq; diſcordiã. Eoꝝ.n.munus eſt intelligere ſe ad cõmoditatẽ ciui
tatis natos eẽ: debereq; ei9 dignitatẽ & decus ſuſtinere: ſeruare leges: iura deſcribere: tue
riq; ea q̃ eoꝝ fidei cõmiſſa ſunt: q̄ ꝑfecto q̃ diligentiſſime faciẽt ſi intelligẽt ab optimati
bus iuſtitiã & pietatẽ coli: eorũq; cẽſure aliqñ ſtandũ eſſe. Magiſtratuũ ãt aĩaduerſio oĩs
& caſtigatio cõtumelia uacare debet: neq; ad ſe q punit aliquẽ aut uerbis caſtigat: ſed ad
ciuitatis utilitatẽ referre debet. Cauẽdũ ẽ ẽt ne maior ſit poena q̃ culpa: ne ue ad iudican
dũ iratus accedat: qa mediocritatẽ illã tenere nõ poterit q̃ eſt inter nimium & paꝝ. Sint
aũt q iudicãt & ciuitatẽ gubernãt: ſi fieri põt legũ oĩno ꝑſimiles: q̃ ad puniendũ nõ ira-
cundia: ſed æquitate ducuntur. Hanc ob rem plato Xenocrati ad ſe accednti: uel ut alii
uolunt Speuſippo: cede inquit hũc puerum: mihi autem quod iratus ſum: id nequaq̃
integrũ ẽ. Eadẽ quoq; rõne uſum ferũt architã tarentinũ infenſum uilico q̄ agros negli-
gẽter coluiſſet: hęc & ſi priuatoꝝ hoĩum exẽpla ſint: publice tñ aĩaduerſioni accõmoda
ri pñt. PLA. Pñt certe & optime quadrãt. COS. Immo uero magiſtratibus & his q cũ
imperio cæteris ꝑſunt curandũ erit ne plus ſeueritatis q̃ clementiæ præſeferant: pro pẽ
ſiores enim ad dandam ueniam quam ad ſumendas poenas eẽ illi quidem debent. Pro-
prium.n. magiſtratus eſt non tam pertinaci ſeueritate & acerbitate quam lenitate & cle
mẽtia adhibito cõſilio & maturitate ꝑpl'os ĩ officio cõtinere. Hinc ẽ ãt q̄ clemẽtes deo
ſimiles exiſtimamus: cõtra uero crudeles & immites deteſtamur & abominamur ut ini-
micos & hoſtes humani generis. Quis nõ leget magna certe cũ indignatione. L. Syllã
dictatorẽ gloriari ſolitũ ſe a nemine unq̃ crudelitate uictũ: quatuor legiones ex Maria-
nis militibus in cãpo martio trucidari iuſſiſſe: Tyberim cadauerib9 repleuiſſe: qnq; mi
lia ꝑneſtinoꝝ ĩterſeci ac ꝑ agros ſpargi mãdaſſe: quatuor milia ciuiũ & ſeptingẽtos pro
ſcripſiſſe. De crudelitate Marii Hãnibalis mithidratis pleni ſũt libri tũ poetaꝝ tũ hiſto
ricoꝝ. Doleo qdẽ Athenięſes uñ urbanitatis & humanitatis nomẽ uenit. Eginẽſiũ iuuẽ-
tuti pollices abſcidiſſe: ne a maritima ciuitate aliqñ bello opprimerent̃. Quid tibi Me-
zẽtiũ: capaneũ: buſyrim: proclũ: Phalarim: piratas: cyclopas: leſtrygonas cõmemorẽt̃
cũ Tyberii. G. Gallicula: Neronis: Domitiani recẽtior ſęuitia ſit. Hoꝝ noĩa ita ꝑfecto
nephanda ſunt hĩta: ut crudeles & ĩmanes nr̃a quoq; tẽpeſtate eiſdẽ noĩbus tanq̃ notis
thraitiis cõpũcti uocent̃. Quã uero ſit duꝝ aſpeꝝ & ĩmite crudelitatis nomẽ alioꝝ exẽ
plo uides. Cõtra uero q̃ ſuauis quãq; iucũda ſit oĩbus ſanctiſſima clemẽtia: ex his intelli
ges: quoꝝ noĩa ob placabilitatẽ & lenitatẽ adhuc in ꝓcio ſunt. P. æmilius: captiuũ ꝑſeũ
macedonũ regẽ ꝓcũbere ad genua ſua uolẽtẽ dextera manu ad ſe traxit: lateriq; ſuo aſſi-
dere ac mẽſę uoluit. Eadẽ quoq; clemẽtia uſũ ferũt. Cn. Põpeũ erga tigranẽ hoſtẽ Arme
nię regẽ: iuſſum nãq; ſurgere: & diadema qd' ad miſericordiã mouẽdã abiecerãt ſumere
in regnũ & priſtinã ſedẽ reſtituit. De. C. Cæſare cuius diuinã uirtutẽ ſola clemẽtia q̃ oẽs
ſupauit exornat: reticere iſtitui: cũ oĩbus ſit nota: ex hac.n. plus ꝓpe gloriæ q̃ ex impio
cõſecutus eſt. Tu igit̃ Laurenti tot clariſſimos uiros imitatus magiſtratus ipſos in pu-
niendis delinq̃ntibus ad clementiã adhortabere: ut citra ſeueritatẽ potius pedẽ retrahãt
q̃ ultra ꝓgrediant̃: ne ob atrocitatem poenarum tu una cũ ciuibus noſtris crudelitatis
notam incurras qua nihil põt eẽ in bono ciue aut deteſtabilius aut ꝑnitioſius. Veꝝ qm̃

eoꝝ q̄ cauillationes interponūt: quo diutius lucri gratia cauſę ipſę ꝓtrahant. Iure
.n. gētiū & ciuili cautū ē: ne cui qs detrahat: ſui cōmodi cā. Quid ꝙ ēt tanta eſt coꝝ au
datia cās iniquas ſponte ſuſcipiunt: & ſuſpectas magnis acclamationibus defendunt?
Quo .n. qſq; maxime clamat eo ſapiētior & honeſtior in cā putaṫ. Scribens ad fratrem
Heſiodus eū admonet ut uoraciſſimus eoꝝ fauces deuitet. His ego addiderim aduoca-
tos & tabelliones niſi eoꝝ uita ꝓbata & ꝑſpecta fuerit. Bene profecto inſtitua ē a legūla
toribus pœna temere litigantib9: ne iniuria qſpiam ob aduerſarioꝝ potentiam circūue-
niaṫ. Recte p̄terea cōdita ē lex cornelia de falſis: qua q deliquere plectanṫ. Quis .n. pu
pillus? q̄ uidua? qs inops? qs ꝑegrinus rabidos iſtoꝝ dentes aufugiet niſi fuerit tua ſeue
ritate coherciti: & intra ꝓprios fines retruſi? Videat p̄tor pœnas quē oīs publici priuati
q; iuris ꝑtās eſt: cuiq; licet ius cōdere: ac uetera reſcindere: ne cuiq̄ fiat iniuria. Caueat iu
dex: aliter iudicet: q̄ legib9 & morib9: aut cōſuetudinibus ꝓditū eſt. Idē faciant tabellio-
nes ne corrupti pecunia aut teſtamēta ſupponāt aut ī empto diuēdito: locato cōducto
falſo auctoritatē ſui nōīs īterponāt. PLA. Nil certe omittis ut uideo ꝙ ad iuſticiā ꝑtine
at. COS. Ego uero ad hāc quoq; rē ꝑtinere arbitror: queſtoꝝ publicanoꝝ: ac fœnerato
rū cupiditatē cohercere. Queſtores publicę pecunię q̄rendę p̄poſiti eſſent nemo ē q̄ am
bigat. De q̄ſtorib9 maleficioꝝ nō eſt nūc dicendi locus. Veꝝ q̄ſtores publici ꝓuentus:
apud Romanos ꝑtim ærario urbano: partim uectigalib9 ꝓuinciaꝝ exigēdis p̄ficieban-
tur. Hos qdē hr̄e manus abſtinētes oportet: ſatis .n. eſt publicū in ærariū referre: ne dū
priuata expilēt: nō publici certe cōmodi ſed priuati cā. Multos .n. uidimus ī ciuitate no
ſtra: q breui ꝙ ſine rapina fieri nō pōt īgentes ſibi facultates cōpararūt: aut accipiendo
uñ nō oportet: aut nō reddēdo qb9 oportet. Hos tu Laurēti: ut uniuerſæ ciuitati ꝑnitio
ſos lege iulia de repetūdis ac de peculatu cohercero. Bonis ēt ciuibus cauēdū ē noua ue-
ctigalia īponāt. Q d' ſi bello urgente id facere īterdū neceſſe fuerit: pace parta Iuſtinia-
ni ſnīa tollendū oīo erit: ut ꝙ belli timor introduxerat hos pacis bonitas cōſopiſcat. Pu
blicani āt quoꝝ illiberales & ſordidi q̄ſtus odia hoīum facile incurrūt obſeruari q̄ dilig̃e
tiſſime dn̄t: ex his .n. quos tātopere laudat Cicero: graues cōtrouerſię: multę iniurię: ma
gnę cōtentiōes plerūq; naſcunṫ. Nā cōductis ingēti mercede portoriis & uectigalib9:
cū poſtea ſoluēdo nō ſunt: ex alieno rapiūt & extorq̄nt: ne a ciuibus tm̄modo: ueꝝ ēt a
ꝑegrinis mercaturæ: aut negotii cā ad urbē nr̄am accedētibus. Q d' cū inutile ſit: tū uel
maxīe ciuitati turpe & indecoꝝ eſt. Hoꝝ audatiā & temeritatē cōpeſcendā cenſens VI-
pianus iurecōſultus: edictū ꝓpoſuit: quo qcqd illicite publice uel priuate extortū ē tan-
tundē & eo amplius iniuriā paſſo exolui mādat. Per uim .n. extortū cū pœna dupli re-
ſtituiṫ: & q tale facinus cōmiſere extra ordinē plectunṫ. Alteꝝ .n. utilitas priuatoꝝ: al-
teꝝ publicę diſciplinę rō poſtulat. Abſtinētes habeāt manus oportet: ſciātq; ſibi ñ plus
licere q̄ cui uis e ꝑplo. Cōpeſcēdi ſunt ēt feneratores: q certe deteſtabiliores ſunt hn̄di: q̄
aut fures: aut latrōes: aut piratæ. Ii .n. magna diſcrimina ſubeūtes: ſitim: famē: æſtus: fri
gora patiētes: uñ uiuāt congrūt maximis interdum acceptis uulnerib9. Illi uero tecto
& umbra gaudentes tanquam fœdiſſimę harpię ne minimum quidem incommodum
ferētes non acceptis. Sed illatis ex fœnore uulneribus hoīum ſanguinem exugunt car-
nem exedūt: oſſa corrodūt. Quid de hoc genere hominum ſentiat Cato ille ſenex audi
quæſo. Nam cum ex eo quęreretur quid maxime in re familiari expediret? Reſpōdit be
ne paſcere. Quid ſecūdum? ſatis bene paſcere. Quid tertium? bene ueſtire. Quid quar-
tum? arare. At uero cum idem quæſiſſet: quid fœnerari? Tum Cato? quid hominem

inquit occidere. Ex quo intelligi pōt hos ut parricidas ſi in tali crimine deprehenſi fuerint: ultimo ſupplicio Catonis ſnia affici debere. PLA. Recte ꝑfecto admones: ſunt. n. maiore odio digni quã q aperte latrocinant. COS. Sunt qdē humani generis domeſtici hoſtes. Verũ qm̃ in emendis uendendiſq; rebus fraus ꝑmagna ſubeſſe iterdũ ſolet: deligendi e numero bonoꝝ ciuiũ erunt: q ne annona uinũ carnes eſculentaq; oia uitioſius aut carius quã ipſa anni tpa requirunt uendant: utq; emptori ſuccurrat: ſi iumẽtũ aliqd morboſum pro ualido ſanoq; ſiue qd uitioſum ꝓ ſincero: fractũ pro integro emerit: qd apud Romanos ędilitio edicto cautũ erat. ædiliũ quoq; mun9 putabat curare: ut fora: uici: ſtratę: uię publicę: cloacæ: & aquęduct9 cęteraq; ędificia lauta mũda integra expedita q; aſſeruarent: tum ad utilitatē: tum ad ſalubritatē ciuiũ. Verũ neqd ciuitati n̄c deſit quam optimã & fceliciſſimam eē cupio: cenſores adſunt oportet q uideant recte ne an ſecus uixerint: egerint ue q in magiſtratu fuere. facile. n. in officio oēs cõtinebunt ſi rõnem anteactę uitę habiti magiſtrat9 ſibi reddendũ aliqñ putarint. LAV. Munus ergo cenſoriũ erit cogere nolentes ēt iuſte modeſte integre ac ſancte uiuere. COS. Erit ſane. Sed qm̃ apud ꝑhos diffinitũ eſt: iuſticiã eē æqualitatē unicuiq; qd ſuũ eſt reddentē: ptinentēq; maxime ad ſocietatē hominũ inter ſe: quę rurſum ineqtatē & bñficentiã diuidit quã eandē & liberalitatē & benignitatē uocam9 nõ erit a re tua alienũ exprimere qd potiſſimũ ipſi æquitati obſtet. Ea ꝑfecto auaritia eſt qua nil pōt eē ꝑnitioſius in his ꝑſerti q rem pu. gubernãt. Nã cũ duæ humani generis peſtes incubant luxuria & auaritia maiorũ oium fundamenta: ꝑnitioſior tñ auaritia hr̄: q̃ oio cõtra naturam ſit: quodq; item mala oia ſuadeat. Vtinã inqt. C. Pontius ſamnis ad illa tēpora fortuna me ſeruaſſet: & tunc eſſe natus: qñ Romani dona accipere cœpiſſent: nõ eſſem certe paſſus eos diutius īperare. Eſt. n. auaritia q̃dã uehemes habēdi ſitis: q ut in hydropico cõtinuo hauſtu: ita in auaro frequēti ēt rapina extingui nõ pōt. Verum eſt ꝑfecto qd dici ſolet tã deeſt auaro quod habet quã qd nõ hēt: cũ ob ai anguſtiã parto ēt frui non audeat. Tollit. ꝑterea amicitiã & ſanctam ſocietatē auarus cũ nemini proſit & multis noceat: pauperes. n. uiolat: diuitibus īſidiat: ſocios expilat: ignotos & ꝑegrinos uexãt publicus omnium hoſtis aqua certe & igni interdicendus: cũ inutilis ſit ciuitati reipu. ꝑnitioſus: ſibiipſi demũ hoſtis acerrimus. Ii certe ſunt illi demones auari triſtes obſcuri ſqualidi ſordidi quos diogenes cũ Alexandro differens in primo loco ponit. Hos ãt pecuniã pluris facere: quã priam aut parentes aut cognatos oñdit. Propinquoꝝ. n. mortes expectant explēde ob hereditatem auaritiæ cã: nunquam rident: oēs ſuſpectos habēt: nemini credunt inimicias odia maledicta nihil curant: modo rem faciant: magneti ꝑſimiles: ut. n. ille ferrum trahit: ſic ii aurum & argentũ undiq; & quouis mõ rapiunt. oi certe tyranno ſeuior eſt pecunię cupiditas quã nemo ſapiens (ut ait criſpus) unquam concupiuit. Ea q̃ſi malis uenenis imbuta corpus animũq; uirilē effeminat neq; copia unquã neq; inopia minuitur hanc ob rē ſtoici mentes hoium ab hac peſte dimoturi: dixere nequaq̃ ſe adduci poſſe: ut quę mõ huc mõ illuc trãſferunt in bonis rebus ſint hēnda idq; ēt biantis auctoritate cõfirmãt: q in direptiõe pr̄ię admonit9 ut aliqd de ſuo apportaret: facio id qdē inqt. Solã. n. uirtutē nõ ãt diuitias bonũ putauit. Verum cũ turpe ſit oibus auaritiæ morbo laborare: tũ uel maxime optimatibus & bonis ciuibus turpiſſimũ. In qbus nihil pōt eē īmanius: nihil puerſius. Nullę. n. ab auaris ciuibus ſeruantur leges: nulla iura: nulla iudicia. Erũt ſcelera oia īpunita ſi redimunt auro. Veri ciues ſpeculatores ſũt: & procuratores publici cõmodi eē debēt: nõ aũt priuati: congerere pecunias: q ad uſum ꝑpl'orũ ſunt cõflatę: nihil aliud eſt quã cibum famelicis auferrę: qd hoſtes patrię & humanum

genus peroſi facere cõſueuerunt. Quare in eos merito lata hęc lex eſt. Auari in urbe ne ſunto: ſi fuerint publico edicto eiiciant̃. Hãc ãt eẽ ciuitatũ labẽ nouit iugurtha ille barbarus numidarꝫ rex. Diſcedens. n. ab urbe Roma quæ tũ flagrabat auaritia: reflectẽſqꝫ oculos. O urbẽ uenalẽ inqt & cito pituram: ſi emptorẽ inuenerit. In ea. n. ciuitate ĩ qua regnat auaritia: nulla põt eſſe religio: nulla uirtus: nulla charitas: quæ omnino tãto uicio cõtraria eſt apud Xenophontẽ cyrus pheraulã optantẽ diuitias: haud recte ſapere oñdit. Mihi inqt neqꝫ cibũ: neqꝫ potũ: neqꝫ ſomnũ dulciorẽ in opulẽtia rerꝫ ſenſi: q̃ dũ ĩ ægeſtate fui. Hoc aut ex diuitiis cõſecutus ſum: ut plurib9 in laboribus uerſarer: addito amittendi metu. Satius eſt igiẽ mediocritate uti: q̃ uel ex alieno rape: uel raptum cum ignominia & cruciatu animi retinere. PLA. Ego uero ita faciendum cenſeo. Sed dic q̃ſo cum Laurẽtius noſter cuiqꝫ ꝑmulti ſatis amplũ habeãt pr̃imonium quonãmodo eo uti debẽt? COS. Bñ rogas. Audire q̃ſo. Repurgato prius aio fœdiſſima auaritiæ labe: Facilius erit liberalitatẽ quã iuſticiæ cõiunctã eſſe diximꝰ ĩducere. Hãc uero cæteris uirtutibꝰ gratioſiorẽ quadrifariã diuidit Plato. Fieri. n. pecuniis opã diſciplinis orõne ꝑ circũuentis ĩ iudicio oñdit. Quintam ego niſi temere id facere uidear addiderĩ: honoris. ſ. diſtributionẽ qđ eſt magnũ uirtutis p̃miũ. Honos. n. (ut ait Cicero) uirtutes alit. Nemo ꝑfecto eſt ſane mentis p̃ſertim: q nõ bñ merere de pr̃ia & ciuibꝰ ſuis ſtudeat: ubi ĩtellexerit opam ſuã apud bñmemores collocari. Quid. n. ſibi uoluere: tot labores ciuiũ romanorꝫ: tot ꝑicula adita: tot uulnera in p̃liis ſuſcepta? Honores certe & magiſtratꝰ maxima & pulcherrima uirtutis p̃mia. Omitto pecunias agros iumẽta arma ex hoſtibus capta ĩ qbꝰ parꝫ certe momẽti ad uirtutẽ ẽ. Indignatus. C. Cæſar ut noſtis: q̃ ſibi ĩ meritos honores negari quorũdã maliuolẽtia & liuore cernebat: arma ſũpſit: æmulos & inimicos e repu. deiecit. Quotiẽs tumultuarunt romani exercitus iuſto honore fraudati? Quotiẽs plebs a pr̃ibus ſeceſſit: ubi denegari p̃mia bñmerẽtibus uidit? Ne igiẽ pr̃ia noſtra ĩgratitudinis arguat̃ cuius accerrimi ultores pſę hẽbant̃: curãdũ erit tibi Laurẽti ac reliqs ciuibꝰ: ut dignitates honores magiſtratus iis cõmuttant̃: q ſibi nobilitatẽ manu & ĩgenio pepere. Hac. n. rõne & bñmerentibus gr̃iam referetis: & alios æmulatiõe honoris ac gl̃ie ad uirtutẽ excitabitis. Verꝫ hac ĩ re tenẽda mediocritas ẽ: ne quorũdã ſtulticiam imitemini: q infimæ ſortis hoies maximis honoribꝰ & p̃miis extollũt. Eos uolo q ingenio: moribus: ĩduſtria: ſolertia: manu opa reip. ꝓfuere: ac ꝓdeſſe deĩceps pñt: nõ aũt lenones: ſcurras: gnatones: aſſentatores: quorꝫ ĩgenia uoluptatibꝰ & libidinibꝰ nõ amplitudini & modeſtiæ ſunt dedita. Cõſilio quoqꝫ & orõne bñmereri de nr̃is ciuibus poſſumus. Nã q ĩ cõſultatiõe tũ publica tũ priuata: de rebꝰ dubiis & ĩcertis uerã ſñiam affert bñficus merito & liberalis hẽri debet: & eo magis q̃ hoc genꝰ bñficẽtiæ: non ad unũ tm̃ ſed ad plures extẽdiẽ. Orõ itẽ in iudiciis habita ꝓ reo in hoc quoqꝫ genere habeẽ: reum uoco accerſitũ ĩ iudiciũ more cauſidicorꝫ. Qui ergo circũuentũ inimicorꝫ calũniis iuſte defendit: is qdẽ merito benignitatis nomẽ adeptꝰ eſt. Doctrina p̃terea & cõditiõe comparari liberalitatis nomẽ põt: cũ ii habitus aĩs hoĩum ĩprimant̃. Quæ nã põt eẽ maior bñficentia: q̃ ea donare q̃ nunq̃ ab hoĩbus auferri pñt? Transferri ꝑfacile & amitti pecunias uidemus: defloreſcunt honores: & dignitates: excidunt conſilia: obſoleſcunt orationes: ſola uero doctrina firma ſtabiliſqꝫ habeẽ: cum ſit earꝫ rerꝫ (ut ariſtoteli placet) quæ ſp eodẽ modo ſeſe habẽt: cumqꝫ etiam in proſperis rebus magnum ſit ornamẽtũ in aduerſis uero unicũ refugiũ. Quare ſi ſapis Laurẽti eos ſp in p̃cio habebis: q te ac ciues noſtros hoc ornamẽto inſigniores reddere poſſunt. Sed ueniamus tandẽ ad illud genus liberalitatis qđ circa pecunias uerſaẽ: pecunias aũt dico quarꝫ eſtimatio mẽſuraẽ

numo. His ãt ad liberalitatẽ utendũ eſt: qua nihil habet̃ naturæ hoium accõmodati9. Veꝝ quẽadmodũ utare diligenter inſpicere oportet. Nõ.n. in quẽcunq; & ob oẽm cãm liberalitate utendũ eſt: ſed erga benemeritos & pp aliquã inſignẽ uirtutẽ: quouis præmio dignos: qd̃ ꝑfecto maximum inſticiæ fundamẽtum eſt. Ea ẽt liberalitate uti debemus quæ ꝓſit amicis nemini noceat. Quare. L. Syllæ. C. Marii: Cinnæ. M. lepidi. M. Antonii pecuniaꝝ & reꝝ trãſlatio a iuſtis dñis ad alienos non debet liberalis uideri. Cauẽdum ẽ ẽt Ciceronis p̃cepto: ne maior ſit benignitas q̃ facultas: neue res familiaris ita claudat̃: ut eã liberalitas apire nõ poſſit: q̃ certe oi oſtentatione & uanitate carere debet. Hoc ãt fiet: ſi cãm: ſi tp̃s: ſi rõnem: ſi dignitatẽ: tũ noſtrã: tũ ꝑſonaꝝ in quos liberales eẽ debemus cõſiderabimus. Qui uero ſine iudicio uel modo in oẽs quodam impet[illegible]aĩ incitati beneficentia utunt̃: temeritate quodã moti potius q̃ iudicio uideri p̃nt: quã certe leuitatẽ oĩno uitare debemus: cũ nihil turpius ſit bono ciui: q̃ aliquid facere cuius ratio reddi nõ poſſit. In hoc aũt genere ꝓdigalitatis duo mala inſunt: & q; his rebus carẽt benemeriti uel ꝓpinq uel cognati in quos ꝓpẽſiores eſſe debemus: & q; noſtra ꝓdigimus cũ dedecore & ignominia. Conſulẽdũ ꝑfecto eſt famæ rebus in oibus: nõ dedecus q̃rendũ ẽt cũ diſpendio rei familiaris. Nam q flagitioſis hoibus ſua largit̃: is certe cũ magna iactura ſibi q̃rit ĩfamiã. Tenẽda igit̃ in hac re ut in cæteris uirtutib9 mediocritas q̃dã ẽt ne uel ꝓdigi uideamur: ſi oĩa ſine rõne effuderimus: uel auari: ſi ad uiuũ liberalitatis officiũ reſecabimus. Paruulos aũt nutrire: pupillos tueri: uirgines paupes cõnubio locare: nobiles pauptate & ualitudine opp̃ſſos iuuare: uiduas defendere: errãtes docere: eſurientes paſcere: algentes ueſtire: captiuos redimere: nexos ære alieno ſoluere: parẽtibus liberos: parẽtes liberis reddere: ſua pecunia & impẽſa: boni ac liberalis ciuis ꝓpriũ ẽ: Fabius ille maximus q cũctando rẽ romanã reſtituit captiuos ab Hãnibale acceptos: redẽpturũ ſe pollicitus ſenatu recuſante: ut id de ſuo faceret fundũ uendidit. Gillas uero Agrigentinus oĩum q unq̃ fuere liberaliſſimus: ſpectacula edendo: epulas apparãdo: Annonã in charitate reꝝ ſubminiſtrãdo: uirgines dotando: domũ ꝓpriã adeo liberalitatis officinã aſcripſerat: ut quigentos eq̃tes gelenſiũ ui tẽpeſtatis in p̃dia ſua cõpulſos ꝓpria ĩpenſa aluerit. Multos ẽt captiuos ex uaſtitate illyrii & Thraciæ redẽptos eccleſiæ impenſa refert Ambroſius: quo genere liberalitatis utinã ſacerdotes nr̃orum tẽpoꝝ aliq̃n uterent̃: nec pateras aureas & argenteas ita ſtudioſe cõſtruerent: cũ q̃bus fortaſſe (utinã falſus ſim uates) aliq̃n turci illi bibent: q græciã epirũ & illyricũ bello uexãt. Ad liberalitatẽ redeo: q̃ ita a magnificẽtia diſtiguit̃: ut hęc circa dãdas pecunias q̃les & quãtũ uis uerſet̃: illa circa magnos ſumptus & fortunato ciui cõuniẽtes. Magnifici nãq; ẽ theatra: fora: tẽpla: porticus: ædes ꝓ dignitate ita extruere: ne plus minuſue ĩpẽſæ fiat: q̃ bonũ & magnũ ciuẽ decet. Ad quã certe laudẽ te antea meo ẽt exẽplo adhortatus ſũ: cũ ad ſpẽm urbis: tũ uel maxime ad cõmoditatẽ ciuiũ. PLA. Nihil certe omittis q; ad optimũ ciuẽ inſtituẽdũ ptineat. Sed qd huic diuinæ uirtuti ſubicias audire cupit Laurentius noſter. LAV. Eſt ita hercle ut Platyna dicit. COS. Ne aũt iuſticia ipſa de qua diximus ulla ex pte labefactet̃: ſtati fortitudo oĩum uirtutũ robur & uallum ſubiungẽda fuit. Vt enim fortitudo ſine iuſticia iniquitatis materia ẽ: cum ualidior imbecilliorem opprimat: ita iuſticia ſine fortitudine terga nonnunquam uertit: atq; eos deferit: quos tueri deberet. Sed cum fortitudo in res bellicas & domeſticas diuidatur: ſuperius illud omittamus: amplectamurq; nunc domeſticam fortitudinem: quæ animi magis quam corporis uiribus comprehenditur. Vera enim fortitudo eſt primo ſcipſum uincere: irã continere: nullis illecebris capi: aduerſis non perturbari: nec extolli ſecundis:

Digitized by Google

.& quaſi uento huc & illuc impelli. Non debet certe uinci cupiditatibus uera fortitudo:
non frangi metu: nō iracundia quæ oino conſilium tollit. Præclarum ē ēt ita animū in-
formare: ut neq; diuitias neq; uoluptates ita in maximis rebus cōſtituat: ut in his oē ſu-
um ſtudiū conferat: quo nihil pōt eē turpius & a claro uiro magis alienū: cū hui9 ciuis
quē optimū uolumus ꝓpriū ſit: ꝓ religione: ꝓ patria: ꝓ iuſtitia: & honeſtate oē diſcri-
men ſubire ac picula cōſiderata ꝑſertim contēnere. Hūc aūt magni excellentiſq; animi
eſſe oportet. Nihil in rebus humanis admirari: nihil magnifacere præter uirtutem. Ho
nores ēt non quoſcūq; nec a qbuſuis oblatos ſucipiet: ſed illos tm̄ quos eſſe dignos opti
mo ciue arbitrabiť. Ita quoq; dignitatē aī ut diximus i utraq; fortūa ſeruabit: ut ab aſtu
natu: ꝛ diſcedere nō uideať: ſi uel fortuna ſeuierit uel ei blādius arriſerit. Beneficia ue-
ro cōtuliſſe lætabiť. Feritq; moleſte ſi acceperit: nec plura ſtatim reddiderit. Ab eius na
tura ſit alienū cōmemorare beneficia: q̄ in alios cōtulerit: accipientis. n. hoc ꝓpriū ē nō
aūt dantis. Vt. n. ſua beneficia in athenienſes reticent Lacedemonii: ita ab illis accepta
cōmemorant ꝑopportune. Supior item in oi uirtute mauult eſſe q̄ uideri: nec id qdem
inter humilis fortunæ hoies: ſed inter optimates exoptat. Palam aūt loqui: amare: odiſ
ſe ſuiipſius ꝓprium exiſtimat: timentis eſt aūt occultare ſniam. Motus uero ipſius tar
dus eſſe debet: & uox grauis: ſermo quoq; interuallis longioribus diſtictus grauitatem
quādam ampliſſimo ciue dignam ꝑſefert. Oino aūt uera animi magnitudo ſine magna
uirtute conſtare non pōt: ut intelligas Laurenti enitēdum tibi & uigilandum eē ſi fieri
poteſt: ut in oi genere uirtutis excellas: ne ſub pondere reip. noſtrę imbecillis concidas.
Vnū tm̄ uitandum erit: qď plęrunq; magnis ingeniis uocauit: ne cum magnitudine aī
præſtare oibus quæras: ęquitatem contemnas: qua certe ſublata nec diſceptatione a ci-
uibus nec ullo publico ac legitimo iure uinci patieris. Refelli. n. in ſententiis dicēdis nō
eſt alienū a repu. cum in diſceptatione res ꝓpoſita dilucidior fiat. Cauenda eſt etiā ni-
mia glorię cupiditas: quę cęteris ad uirtutem aditum obſtruit cum uiderit ſolum ciuē
tot pulcherrima pręmia quot e repu. ueniunt cōcupiſcere. Sed inter cętera hoc a te ma
xime obſeruandum erit: ne in rebus agēdis: cum domi tum foris ullam timiditatis ſpe
ciem pręſeferas. Vt. n. medici eſt uultu ac uerbis bonā ualitudinem ęgrotantibus polli
ceri: ita quoq; optimū ciuem decet: deſperationi hoium fiduciam & bonā ſpem obicere.
Bello punico ſecundo cannenſi accepta calamitate cogitantibus quibuſdā Metello du-
ce Italiā relinquere: Scipio adoleſcens cœtū ingreſſus nudo enſe mortem tale aliqd de-
liberantibus cōminatus eſt. At uero Hannibale circūſedente collinā portam & ſupple
mentū in Hiſpaniam a Romanis miſſum eſt: & ager ubi hoſtis ipſe conſederat haſtæ
ſubiectus emptorē inuenit: uoluit contra Hānibal fiduciam imitari: ſubiecitq; háſtę ar
gentarias urbis tabernas nec ſector inuentus eſt. Hanc ob rem ita animo concidit Hā-
nibal: ut tū demū potiundæ urbis ſpē antea conceptam depoſuerit. Male ꝑfecto cum
repu. noſtra actum fuiſſet: niſi regi Alphonſo & Philippo Inſubrię duci & Venetis gra
uiſſimis bellis nos plęrūq; adhortis conſtantiſſimis animis reſtitiſſemus: incōmoda q̄-
q; pro libertate paſſi. Non igiť trepidandum eſt & de gradu conſtantię cadendum: ut
dicíť: quo nihil poteſt eſſe optimo ciue indignius: q ad unā fortitudinē ꝓ repu. natus
eſſe uidetur. Sed neſcio quo pacto a fortitudine domeſtica: ad bellicā deſcēderim: q̄ ur-
bana qdā certe maiorē putauere. Laudať Themiſtocles ac iure qdē ſalamina uictoria
clarus: laudať & ſolō cuius cōſilio ac legib9 uictoria illa parta ē. Hūt & lacedemonii ly
curgū ſuū quē lyſandro obiiciāt reb9 bellicis claro. Eadē quoq; de romanis licet dicere.
Nō. n. minus iuuit armis rēpu. cōſilio. M. Scaurus: q̄. G. Marius armis. Non. Q. Ca-

tullus.Gn.Pompeio.nõ.M.Cicero.C.Antonio bellum foris gerẽte.Omitto aũt illud honeſtũ qđ nunc quærimus:ex animo excelſo magnificoq; orit: non corporis uiribus. Exercendũ tñ corpus ipm eſt(ut ait.M.Tullius)& ita afficiendũ ut obedire conſilio ac rõni poſſit:nõ aũt delitiis uacandũ.Nihil eſt.n.ꝙ æque aĩos molliat corporaq; effeminet atq; eneruet:q̃ delitiis affluere:quas uelim te nõ ſecus declinare:ac quõdã ferũt ſyrenũ uoces cantuſq; circes ſapiẽtiſſimũ Vlyxem.PLA.Pręclare Hercle & exacte auus tuus Laurẽti oĩa diſſerit:id facit amor q ut phis placet ad poſteros reſpicit: in qbus ſe fore imortales aui ac parẽtes arbitrant.LAV.Prorſus ita eſſe ut dicis aut eqdẽ aſſentior. Plus.n.pr̃iæ q̃ cognationi auus meus ſp tribuit. Sed hoĩem hac dicẽdi moleſtia liberemus:niſi qd aliud habet:qđ exiſtimet ad me pertinere.COS. Habeo ſane: totius nr̃æ collocutionis temperamentum quoddã:& ueluti in comœdia extremũ actum: quo qdẽ expleto ob hac ſcena ad ludos urbanos uobis ꝓficiſci licebit.Hoc aũt tale eſt:ꝙ ſtoici magnis ẽt cõtentionibus affirmãt:oĩum.ſ.ꝑturbationũ fontem eſſe intẽperantiam:q̃ eſt a tota mente & a recta rõne defectio:ſic auerſa a p̃ſcriptione rõis:ut nullo mõ appetitiones animi uel regi uel contineri queant.Huius certe contrariã uirtutem μετριότητα græci uocãt quã nos qdẽ:cũ tẽperantiã tũ moderationẽ:nõnunq̃ ẽt modeſtiã appellare ſolemus:cuius certe ꝓprium eſt motus appetentis animi ſedare ac regere:ſempq; aduerſantẽ libidini moderatã in oĩ re ſeruare conſtantiam.Continuo nãq; itempantia huic inimica:oẽm aĩ ſtatum inflãmat & ꝑturbat.Hinc uero ægritudines & metus ac reliq̃ animi ꝑturbationes gignunt: ad quas certe ſedandas:una modeſtia adiuncto decoro inuenta eſt.Duplex eſt.n.(ut ait.M.Tullius)uis animoꝝ atq; naturæ: quaꝝ pars una in appetitu poſita eſt:hæc ὁρμὴ græce dr̃:q̃ hoĩem huc & illuc rapit:altera in rõne quę docet & explanat qd faciendũ fugiendũq; ſit.Ita fit.n.ut rõ pręſit appetitus uero obtẽperet:in hoĩe potiſſimum bene morato:cuius fundamentum ipſa uerecundia erit:quę nõ ſine cã prudentiæ adiuncta:ac ſoli homini data:oſtendit aliud iuueni cõuenire:aliud ſeni.Saltauit qdẽ ante arcã dñi Dauid rex:nõ aũt Samuel:& ut nec ille rep̃henſus:ita iſte magis laudatus eſt.Themiſtocles uero princeps ille gręcię:qa fidibus neſciuit idoctior eſt habitus.Abſtinuit ob uerecundiã uir ille clariſſimus a cithara: ꝙ eã dignitati ſuę nequaquã cõuenire arbitraret.Mineruã quoq; tibias abiciſſe ſcribũt poetæ:ꝙ dum eas ſupra fontem inflaret:indecorem genarũ tumorẽ inſpexerit:minimeq; decẽ cõuenientẽ:cõtra quorũdã opinionẽ:q neminẽ ſatis urbanũ putãt:ſi fidib9 uel tibiis aũt fiſtula neſciat canere.Idẽ quoq; comati & bñ ad ſpeculũ pexi tanq̃ inuerecũdę mulieres p ora hoĩum ferunt.Hos tu Laurẽti tuo exẽplo iniecta uerecũdia ab inceſſu cultuq; muliebri cohertẽs ad dignitatẽ uirilẽ cohortare.Cõtinentes quoq; & abſtinẽtes eſſe bonos ciues oportet:quoꝝ alteꝝ in reb9:alteꝝ ĩ moribus eſt.Scipio ille aphricanus q totius uirtutis unicũ exemplar fuit eximię formę puellã ſibi in Hiſpania uoluptatis cã oblatã conſtanter renuit:parentibus uero accitis auꝝ ꝓ redimenda puella doti addidit:eamq; inuiolatam marito reſtituit.In Epiro achaia Cycladibus.M.Cato ueneris & lucri copiã hñs cõſtãtiſſime a tanta turpitudine abſtinuit numato ruffo teſte. At uero cũ.C.Fabricius ppl̃i Romani legatus audiuiſſet Cyneã athenienſem apud pyrrhũ uoluptati oĩa tribuentẽ. Vtinã inqt talẽ habeãt mẽtem oẽs populi Romani hoſtes. Superior ãt ille Cato uir ſane illuſtris pellibus hędinis ꝓ ſtragulis eſt uſus: triũ quoq; ſeruoꝝ comitatu cõtentus Hiſpaniã gubernauit:eodẽ utens cibo eodẽq; uino quo ſerui & nautę: ut cęteris hac rõne frugalitatis exemplum daret.Cũ picles haberet collegã in p̃tura ſophoclem: iiq; de cõi officio cõueniſſent:& caſu formoſus puer p̃teriret:dixitq; Sophocles:O pulchrum

puerum

puer Pericleſ tum picles ptorē ait ſophocle decet: nō ſolū manus ſed ēt oculos abſtinētes hēre. Magna pfecto fuit xenocratis in uictu cōtinētia. Is. n. cū miſſa ſibi Alexādro talenta intellexiſſet: legatos ad exiguū apparatū inuitauit: cūq; ab his q̃reret cui numerari talēta uellet: nō ne inqt externa cœna intellexiſtis xenocratē huiuſcemodi muneribus minime idigere. Natura. n. (ut ait phs) paucis minimiſq; cōtenta ē. Ad ualitudinē quoq; & appetentiā ptinere hāc in uictu modeſtiā intelligemus: ſi rer iuſti extimatores fuerimus. Nā cū darius rex multis antea epulis & poculis faſtiditus aquā tūrbidā & cadaueribus inqnatā in fuga bibiſſet: negauit unq̃ ſe bibiſſe iucūdius: nunq̃. n. ſitiēs biberat. Nec eſuriens unq̃ ptolomeus ederat: cui cū pegrināti ægyptū comitib9 nō cōſecutis ſordidus panis datus eſſet: nihil ē uiſū illo pane ſuauius. Excitāda ſiqdē fames eſt motu & exercitatiōe: nō āt cōdimentis: cū deſidioſe uixerimus. Ferūt Socratē cū is uſq; ad ueſperū cōtētius ambularet: q̃ſitūq; ab eo eſſet cur id faceret: rñdiſſe: ſe quo meli9 cœnaret obſonare in ambulādo famē. Quid uictus lacędemoniorū in philitiis? Vbi cū tyrānus cœnauiſſet Dionyſius negauit ſe iure qd' cœnauerat eſſe delectatū. Tū is q illa coxerat minime mirū inqt: cōdimēta certe ei defuere: labor in uenatu: curſus ab eurota: fames: ſitis. His. n. Lacædemoniorū epulę cōdiunt. Victus quoq; perſarū a Xenophonte exponit: quos negat ad panē adhibere qcq̃ pter naſturtiū: quaquā ēt qdā ſuauiora natura deſiderat. Adde ſiccitatē q̃ ſeqt hāc cōtinētiā i uictu. Valitudinis quoq; itegritatē adde. Cōfer ructātes: ſudātes: refertos epulis tanq̃ opimos boues. Eſt. n. in deſiderio nō ſatietate iocūditas: uictus. Ferūt Timotheū clarū athenis hoiem & pricipē ciuitatis: cū cœnauiſſet apd Platonē eoq; cōuiuio admodū delectatus eēt: uidiſſetq; eū poſtera die dixiſſe: uræ qdē cœnę nō ſolū in pſentia: ſed ēt ſeqnti die iocūdæ ſunt. Mouere te nimirū ac reliquos ciues nr̃os tot exēpla pñt: ſed nihil ē q aeque te ad frugalitatē adhortari debeat: q̃ dom9 nr̃ę parſimonia & ppetua in uictu cōtinētia. Nihil. n. a plebeis differūt menſæ nr̃æ: qua ex re & ualitudini & ciuitati hactenus cōſuluimus. Quid q ne mēte qdē uti pñt: multo cibo & nimia potione repleti? Extat Platōis pclara qdē illa epl'a ad dionis amicos: qua diſplicuiſſe ſibi oñdit: q itali & ſyracuſani bis in die ſaturi fierent: nec unq̃ pnoctarēt ſoli. Quā turpe ſit ēt diffluere: luxuria ſardanapali error nobis indicat q incidi iuſſit in ſepulchrū ſuū. Hoc habeo qd' edi q exaturata libido hauſit. Quid aliud inqt Ariſtoteles in bouis nō in regis ſepulchro icideres? Hęc āt oia eo tendūt Laurēti ut itelligas tibi ac reliqs ciuib9: ſi uultis honeſte ac recte uiuere ſeruandū eē mediocritatē i uictu cultuq; corpis. Quid xerſe ipſo libidinoſo turpius? q refertus oib9 pmiis doniſq; fortunæ: nō equtatu: nō pedeſtribus copiis: nō nauiū multitudine: nō īfinito auri pōdere cōtētus pmiū ppoſuit ei q nouā inueniſſet uoluptatē: qua tñ ipſe nō fuit cōtentus. Neq;. n. unq̃ finē īueniet libido. Sedandæ igit ſunt oēs libidines cupiditateſq;: ſedandę ęgritudines: cōprimēda eſt iracūdia uñ ppe infinita mala oriunt: cū rō ois ſubeunte illa inſania e mentib9 noſtris deturbet. Hac aūt ratione laurēti ſi uixerimus: & prudētia in bonorū malorūq; delectu: & iuſticia ſuū cuiq; tribuendo: & fortitudine in laboribus piculiſq; obeundis: & demū temperantia in ptermittendis uoluptatibus conſtantiſſime uremur. Quas quidē uirtutis & ſi in oībus meis ciuibus ineſſe cupio in te tñ ad quem hereditas nominis noſtri uentura eſt elucere peculiariter uelim: ut habeat ciuitas nr̃a quem imitetur Platōis ſnia qua admonemur tales ſolere eſſe reliquos ciues quales ſunt q remp. gubernāt. Sed iam finē ſi placet faciamus inclinat iā ſol: niſi qd pterea uobis in mētē uenit qd' mihi exciderit. LAV. Nihil prorſus habeo quod amplius uelim. PLA. Abunde ſatis ſatiſfactū eſt omnibus. Reducamus coſmum: atq; deinceps ad urbem proficiamur. Quieuiſſe iā

ludiones arbitror: quoꝝ petulantia hodie ſum cõſecutus: ut alteꝝ Socratẽ me audiuiſſe
exiſtimem. Dixit multa Coſmus ne mentiar ſocraticã grauitatẽ redolentia. LAV. Cœ
nabis apud nos Platyna atq; deinceps ſimul ſine ſole ad urbẽ ꝓficiſceremur adeo ꝓpin
quũ hoc nr̃um rus ẽ. PLA. Bñ admones mõ cœnę ueſtræ breues ſint & mihi appetẽtiã
relinquãt in ſequentẽ diẽ. LAV. Credis auũ aliter uiuere q̃ ꝑdicat? Platonis cœnam tibi
appoſitã putabis: uel ex lege ſumptuaria cõpoſitã: nõ ſecus certe ac ſi cẽſores affuturi eſ
ſent. PLA. Eſt igit̃ ꝙ hac quoq; ĩ re a Coſmo ꝑdiſcã. Diſcũbãt oẽs ne qd incõmodi mea
cã familia capiet. Iube aliqd Coſmo ſubſterni quo recũbat cõmodius: hoĩem ut arbitror
lõgo ſermone defatigauimus: ſi tamen docere & aliquid grauiſſimo uiro dignum expli-
care labor potius quam uoluptas eſt.

De optimo ciue liber. ii. explicit.

¶PATYNAE Panegyricus in laudem ampliſſimi patris Beſſarionis epiſcopi Sabini
Cardinalis Niceni: & Patriarchæ Conſtantinopolitani.

SI unquã tp̃us fuit q̃rites quo ueterẽ græcoꝝ morẽ la
tinoꝝ ꝓpe nouũ repeterem9: id certe hac miſerrima
tẽpeſtate faciẽdũ ẽ: q̃ uel maxima q̃q; uirtus: cãdidiſ-
ſimũ ꝗq; igeniũ excellẽs quãtũuis doctrina: & erudi
tio emergere ex tãta calligine & ignorãtia uix poteſt.
Tolerabilius ꝑfecto uideret̃ ſi uirtuti a paucis cogni
tæ: ſi in arcanis & penetralibus: q̃a tuto uagari nõ li-
cet cultæ: ſaltẽ quieſcere ſine iniuria liceret: nõ ẽt quo
rundã hoĩum liuore & maliuolentia opprimeret̃. In
ſtãt dolo fraude malitia uiq; poſtremo q̃ñ hoc occul
te moliri conari nõ licet: ſpargũt inuidẽtiæ ſuæ opacas umbras: cõceptam rubiginẽ cir-
cũquaq; fundũt: quo ſuauiſſimas herbas & feraces plãtas occupent atq; enecent: ne ſi
expectatos odores & ſuauiſſimos fructus aliq̃ñ ediderint ipſi tanq̃ infructuoſæ & in-
fœlices arbores excindãtur. Nos itaq; ne Beſſarionis diuini hominis ſapiẽtia uirtus am
plitudo aliqua ex ꝑte lędatur (opprimi certe cũ tanta ſit tamq; excellens nullo mõ po
teſt) Iſocratem magnum oratorem & ꝑfectũ dicendi magiſtri: & noſtratib9 plinium:
genethliacũ Mamertinũ Nazarium latinum quoad fieri poterit imitati. Conſuetudi-
nem tum utilem tum neceſſariam multis iam ſæculis intermiſſã reuocabimus. Hac. n.
ratione ad ęmulationẽ glorię excitantur qui magni ad uirtutẽ erectiq; ſunt animi: cum
ueram & integrã laudẽ his ꝓpoſitam uident: qui ſapienter honeſte iuſteq; uixerũt: quo
rũq; uita omni ex ꝑte humano generi & utilis & fluctuoſa eſt habita. Contra uero a ui-
tiis deterrentur ii non prorſus uirtutem aſpernant̃: qui effrenata cupiditate ducti petu
lanter audacter proterue ad flagitia declinarũt: cum perpetuas notas dedecoris & tur-
pitudinis frontibus ſuis inuri ab his uident: qui ſcriptis rerum geſtarũ ſeriem: qui mo-
res & uitam hominum memorię poſteritatis ad utilitatem humani generis cõmendãt.
Veꝝ hoc loco quirites cũ uires ingenii mei conſidero q̃ ꝑuæ q̃q; exiguæ ſint: nõ poſſum
cognita amplitudine cõſpect9 ueſtri nõ cõmoueri & eo maxĩe qd̓ mihi de eo uiro dicẽ
dũ ſit: q ob magnitudinẽ reꝝ geſtaꝝ quantũuis magnũ oratorẽ: ne dũ me ip̃m iter ſtu
dioſos bonaꝝ artiũ uix numerandũ deterrere a dicendo poſſet. Recreat me tñ ac reficit
hortaturq; ad dicendũ humanitatis & pietatis ueſtræ uulgata opinio: qua quidem fræ
tus: iam iã Beſſarionis diuini hominis laudes dicere aggrediar: quẽ q laudat: uirtutẽ ex-
tollit

tollit: parui enim refert beſſarionem ne an uirtutē laudes: nec mirum id quidem. Is.n.
ex uetere gręcia oriundus natuſq;: in aſia utrinq; collegit generoſi ſpiritus ſemina. Tra-
pezus ſinopenſium colonia huius patria eſt: ſinopem condidere mileſii miletū atheni-
enſes: ex his ut a parentibus auis abauis nobilitatem referens redundantiā aſiani inge-
nii frugalitate attica cōpeſcuit: nec tantum diogenem admiratus eſt: timotheū: deiphi-
lum poetam: thalem: anixamandrū: anaximenem: hecateum: hiſtoricum: heſchinē rhe
torem illum qui in pompeiū inuectus eſt: licet ii agnationis iure propinquiores eſſent:
quin obſeruauerit ſocratis leporem: platonis copiā & amplitudinē: ariſtotelis acumen:
Iſocratis lēitatem & numeros: uim demoſthenis. Ab oībus enim gentilitatis iure quod
probabile: quodq; optimum eſſet accepit: heres tot ac tantorꝝ ingeniorum. Ex his igi-
tur beſſarion animos ſumens: ubi primum e pueris exceſſit cura parentum bizantium
tranſmittitur: celebrem quondā urbem & doctiſſimis hoībus liberalibuſq; ſtudiis afflu
entem grāmatica celeriter ob acumen ingenii & poetica ībutus: poſthabita cura rerꝝ hu
manarum qua īpediri contemplatio diuinarū ſolet: totum ſeſe religioni addixit: chriſti
nāq; militiam ſecutus: ut ueram gloriā: ueroſq; triumphos pariturā: doſitheo archiepi
ſcopo dorienſi unici exēpli moribus & ſanctitate uiro in primo tyrocinio tantæ expedi
tionis duce uſus eſt: cuius uirtutē religionem doctrinā adeo imbibit ut idē breui factus
uideret̃. Beſſarionis ingeniū & mentē ꝓpe diuinā ad cognitionē rerꝝ occultarꝝ & admi
rabiliū uir ſanctiſſimus cōtēplatus adoleſcentē ipſum ad archiepiſcopū ſylembriēſem
uirum optimū atq; doctiſſimū miſit unde & oratoriā artem & philoſophiā perdiſceret
ſub quo certe tm̄ profecit adhibita oī ad imitandū hominē cura ſtudio ac diligentia: ut
iudicare poſtea difficilius fuerit melior ne beſſarion an doctior haberet̃. Poſtremo autē
ne aliqd tāto ingēio deeſſet platonē quē alii gemiſto uocāt doctiſſimū ꝑceptorē & quē
oēs ſcdm a platōe uocāt ī peloponeſo q° ſe cōtulerat doctrīę cā nactus mathēaticis accu
rate ībuit̃. Vulgari tū demū tāti hoīs nomē eſt ceptū: ut quo ꝓficiſceret̃ famā expecta
tio: expectationē eius optatiſſimus aduētus admiratioq; ſuparet. Exiſtimabāt tū hoīes
eā demū ciuitatē beatā fore ad quā ueniſſet beſſariōis diuīa uirtus: hūc itaq; oēs certa-
tim ut cognitione & hoſpitio dignū ſuſcipiebāt: uenerabant̃: obſeruabāt. Cōtiones & q
dem frequētes atq; elegantes ad populos habuit (has græci homelias uocant) tanto
cōcurſu ut templa ipſa ꝑmagna tantā multitudinē uix caperent. Populos ad religionē
ad iuſticiam ad æquitatē ad modeſtiā hortabat̃: bonis pręmia: malis pœnas ꝓpoſitas
oñdēs: & quos mouere itegritate uitæ rōnib9 & exēplis nō poterat: eoſdē obteſtatiōib9
ꝓcib9 lachrymis ut uagos & errātes ī uiā ſalutis reducebat. Multos iter ſe ciuilib9 & ite
ſtinis odiis deſidētes aut corā orōne aut abſēs epłis ſapiētiſſime & elegantiſſime ſcriptis
ad cōcordiā reuocauit. Hac tāta uirtute moti Imperatores duo conſtātinopolitanus &
trapezuntius hūc ultro citroq; legatū freqnter mittētes utriuſq; īpii uires cōcatēabāt q°
fortius & cōſtātius ꝓpulſare thurcorꝝ īpet9 poſſent: q tāq̄ rabidi lupi iter utrūq; poſiti
occiſionē utriuſq; īperii diripiēdi expectabāt: q̄ poſtea accidit cū magno totius reipu.
xp̄ianę dedecore ac detrimēto. Sublatis.n. duob9 clauſtris nūc ſeſe ī aſiā: nūc in Europā
grauiſſima illa thurcorꝝ ꝓcella nemine obſtāte effundēs longe ac late oīa uaſtat obterit
conculcat diripiunt̃ urbes quātūuis magne: incēdunt̃ uille: necant̃ hoīes. Quod ſi ali-
qbus fortuna belli pepercit: ii una cū pecoribus eo terrarꝝ ambigunt̃: ut nunquā in pa
triā ſint redituri. O miſeros & infortunatos gręcos. O infœlices & calamitoſos. O ēt ip
ſorꝝ crudeliſſimorꝝ hoſtiū lachrymis deplorādos. Dediſtis ne oībus nationib9 ac genti
bus doctrinā & ingeniū ut ipſi cōſilio careretis? Dediſtis arma ut eiſdē poſtea corruere

mini? Conſtans eſt certe quirites omniũ bene ſentientiũ opinio & coꝝ maxime qui ſuo
periculo iſtaꝝ calamitatũ gnari ſunt: duo illa imperia nunquã fuiſſe corruitura ſi beſſa
rion magni ai atq; conſilii uir illis in locis tũ fuiſſet cũ tempeſtas illa contra nõ græcos
tm̃ ſed humanum genus exhorta eſt. Excitaſſet. n. uir omnium uigilantiſſimus dormiẽ
tem græciã: armaſſet nimio ocio lãguentes aĩos: ire in hoſtẽ ſuos & a ceruicibus tãtam
calamitatẽ auertere: quãtã paſſi ſunt ſpe uere & integræ laudis ꝓpoſita cõpuliſſet. Veꝝ
eo abſẽte cũ nemo eſſet q monẽdo cõſultando docẽdo cohortãdo græcos i officio conti
neret. Capta ac direpta a thurcis cõſtãtinopolis ẽ: cæſa multa ciuiũ milia obtrũcatꝰ im-
pator: idẽ accidit trapezũciis: idẽ mitileneis: idẽ peloponẽſiacis principibꝰ & ciuibꝰ: idẽ
reliq̃ grçciæ. idẽ boſſinẽſibꝰq & regẽ & pr̃iã & uitã uno ſcæuiſſimi hoſtis ipetu amiſere:
Beſſariõe ipſo clamãte ac pſæpe romãos põtifices admonẽte ut macedõibꝰ: dalmaticis:
illyriis: pãnoniis hoſtiũ ipetũ ægre ſubſtinentibꝰ auxilio eẽnt: ne refractis clauſtris illic
ſequa illa & imãis bellua heridão uiolẽtior italiã iundaret: qđ ꝓ pedie (utinã falſus ſim
uates) futuꝝ uidẽus niſi huic ſapiẽtiſſimo uiro tãq̃ e ſpecula oia cernẽti clamãti admo
nẽti iſtare magnã ꝑnitiẽ aliqñ fuerit obtẽperatũ. Multũ certe huic ãpliſſimo pr̃i debẽus
ad cuius res egregie geſtas ne i hãc calamitatẽ uẽiremus libẽter accedo. Is. n. te cõſtãtio-
politana nũdũ ꝓfligata oriẽtalẽ eccleſiã i ſniam occidẽtalis redigere cõatꝰ nõ priꝰ deſti
tit rogãdo monẽdo iperatorẽ ac pricipes græciç quã eos ipulerit grauiſſima orone hita
i italiã ad eugẽiũ põtificẽ maximũ cõtẽdere: uenere prio uenetias atq; iđe ferariã ubi põ-
tifex erat ibi grauẽ & elegãtẽ orõnẽ beſſariõ ad ſuos hũit eos adhortatꝰ ut cognita freq̃n
tibꝰ diſputatiõibꝰ cõtrouerſiç cã q̃ latios iter & græcoꝝ qngẽtis iã annis ſerpſerat: poli-
ta oi ſimultate i eãdẽ ſniam oẽs tñ uenirẽt: hac una orone aſſerẽs ea demũ recuperaturi
poſſe cõiũctis copiis colataq; ipẽſa q̃ & thurci quõdã & ſaraceĩ & arabes chriſtianoꝝ di
ſcidiis magiſq̃ aĩs & armis ꝓpriis freti occuparãt. Dicebat. n. ꝓqueriſimũ ẽ mahometanã
ꝑfidiã late creuiſſe dũ religiõis nr̃ç capita iter ſe diſſidẽt: ꝓcedat ne ſpũs ſcũs a pr̃e tñ ut
grçci an a pr̃e & filio ut latini uolebãt: his. n. cõtrouerſiis fcm̃ ut ad mahometanos ꝑtim
ui ꝑtim ſpõte deficerẽt ppłi: dũ xp̃ianç religiõis pricipes qđ potiſſimũ teneãt icertos ui-
dẽt hic amiſſam eẽ antiochenã eccleſiã hic hieroſolimitanã hic alexãdrinã hic dẽiq; oẽm
ferme aſiã & totã aphricã hãc peſtẽ occupaſſe: & qđ grauius ẽ europç q̃ſdã ptes iã iam
iſeciſſe ac lõgius euagaturã ni propere ſublatis tã ꝑnitioſis cõtrouerſiis ac pulſis xp̃ianç
reip. hoſtibꝰ i poſſeſſionẽ ueterẽ labore uigiliis ac ſanguie martyꝝ cõpatã armati cũ ue
xillo crucis ꝑuenerit. Permouit tãti uiri auctoritas totũ cõciliũ: ꝑmouit religionis hone
ſtiſſima cã: ꝑmouit ẽt iminẽs ceruicibꝰ oium ꝑiculũ. Diſputari tũ acriter iter utriuſq; ec
cleſiç theologos ẽ cæptum. Aſſeuerabãt græci ep̃o epheſino: pletõe: ſcholario: dionyſi q
ep̃o ſardẽſi grauiſſimis auctoribꝰ ſpũm ſanctũ a patre tm̃ ꝓcedere. Inſtabãt cõtra latini
a filio quoq; idẽ fieri auctoritate ueteꝝ theologorũ: maxie uero hieronymi auguſtini &
athanaſii id cõprobãtes. Re aũt ipſa adhuc pẽdẽte florẽtiã ꝓficiſci põtifici & curiæ uiſũ
eſt ibi cũ de re ambigua aliquãdiu diſceptatũ eſſet uenere tãdẽ græci rõne ac beſſarionis
auctoritate moti in ſniam latinoꝝ. Is. n. & ſi acriter ſuos primo tutatus eſt tandẽ ueri-
tate illuceſcẽte in orthodoxã eccleſiç romanç nõ ſolũ deſcẽdit ueꝝ ẽt ſuos ut idẽ facerẽt
ad ſalutẽ diſputationibus & graui orone adhortatus eſt. Vnũ tandẽ aium unã mentẽ
idẽ ſpũs ſanctus ꝓ quo diſcepta[illegible]at oibus dedit. Ventũ tandẽ in cõcordiã & ſymbolũ
Romanæ eccleſiæ ab orientali publice decantat. Soluto demũ cõcilio imperator Con
ſtãtinopolim cũ ſuis reuertit. Eugenius aũt põtifex cognita beſſarionis ſingulari uirtu
te & doctrina hoiem licet abſẽtem ex ſnia fratrũ i numeꝝ cardinaliũ cooptat. Accerſiẽ
in curiam

in curiã Romanã uir ampliſſimus: ut unus aliquis quirites Romę eēt e gręcia ingenio-
rũ altrice: doctrinarum inuentrice quē admiraremini: quiq; uiciſſim hanc ueſtrã ciuita-
tem dominã quondã reꝝ nunc collapſam magna ex ꝑte ac ꝓpe dirutã in meliorē for-
mã redigeret: homo certe Romani noīs amantiſſimus. Accepto aũt de more galero in-
ſigne cardinalatus ita breui hõ ingenioſus & acutus latinoꝝ mores & litteraturã imbi-
bit ut ex noſtratibus unus & non alibi natus uideretur. Frequētabãt tũc quoq; eius do-
mũ plenã religione comitate & gratia plenã ingeniis tũ græcis tũ latinis: uiri ex tota cu
ria doctiſſimi: hos uel inter ſe differētes uel aliqd qđ ad cognitionē lingue ꝑtineret lau
dantes (ut fit) refellenteſue ita attente audiebat ut ex abũdãtia īgenii animiq; ꝑſpicatia
diſceptãtiũ arbiter propemodũ fieret. His artibus & ea uigilãtia qua maxime oēs excel-
lit breui efficit: ut ꝙ græce antea ī quouis genere doctrinæ ꝓceperat id latina lingua ap-
te diſtincte & ornate efferret ac ſcriberet. His ſtudiis uehemēter delectatus nunquã tñ
quicquam omiſit ꝙ aut publice ex officio aut priuatim agendũ eēt: ad omnia ꝓmptiſſi-
mũ ingenijũ dexterrimã mentē ita circũferēs: ut nil a bono patreſamilias & ab optimo
principe differret. Hac tñ inſigni uirtute & magnitudine animi ꝑmotus Nicolaus quin
tus in locũ demortui Eugenii pontifex Maximus ſuffectus Beſſarionem ad res agēdas
aptiſſimũ & ad oīa mala pręcauenda uigilantiſſimũ bononiēſibus iã pridē ſæuita par-
tiũ inteſtino bello laborãtibus legatũ cũ ſũma auctoritate ꝑficit. Is eo ꝓficiſcens effuſa
obuiã urbana multitudine nõ aliter ab oībus inſpicitur ac ſidus benignũ & ſalutare a pi
clitantibus nautis & pene naufragis inſpici ac cõſultari ſolet. Quãquã hominis huius q
rites maior ſit laus q̃ ſideris: illud. n. duas treſue & eo amplius naues benigno ītuitu cõ
ſeruat: hic tantã ciuitatē ꝑclarã quondã Romani ppl̄i Coloniã hoīum ad arma & litte-
ras altricē oculis omnia circũſpiciēs mēte ꝓuidēs ac diſponēs lingua admonēs deterrēſ-
ue manu inſanabile uulnus & cõtagioſum abſcindēs ab īteritu & ꝓpe ab inferis reuoca
uit. Notæ ſunt ciuitatis clades pluſq̃ ciuiles: dũ factio bentiuola & canedula principatu
cõtendit: alentibus ſeditionē hinc philippo uicecomite hinc Venetis hinc principe Fe-
rarienſe inſtantibus ēt duabus militaribus factiōibus brachiana & ſfortiana: q̃ domina
tũ appetētes hãc ciuitatē ueluti arcē Italię occupare armis ac fraude ꝑſæpe conati ſunt.
His. n. ac tantorũ maloꝝ auctoribus ad id ſæuitiæ uentum eſt ut eodē die & Hãnibal
bētiuolus & Baptiſta canedulus cũ multis utriuſq; factionis tota urbe tumultuãte uno
īpetu cederētur: nullo nõ crudelitatis genere adhibito: & ne ulla reqes calamitoſis daren
tur ſupuenere ſæpius externi hoſtes: urbē oppugnaturi in beſſarionis ſapientia ciues ad
concordiã reuocans externũ hoſtē rabidũ & uoracē a uiſceribus ciuiũ bononiēſiũ ꝓpul
ſaret. Reſpirante deinde paulatim (tantũ mali inerat) ab externa ui inteſtinoq; malo ci
uitate: totũ ſeſe uir optimus ad cõponēdos mores ciuiũ licētia bellica corruptos & labe
factatos uertit: quē certe ac in re nihil æque iuuit quã ei9 religio pietas iuſtitia cõſtãtia
abſtinētia grauitas comitate cõdita. Hac. n. rõne ſine ulla ui quorũdã hoīum arrogãtiã
repreſſit: libidines extinxit: cupiditates refrenauit: cũ fieri haud: grauate cõſueuerit: ut
eos mores ībibãt hoīes quos in principe tanq̃ ī ſpeculo totius ciuitatis uiderīt. Hũc. n.
oēs nõ priuatas cõmoditates q̃rentē ſed publicas: nõ ocio ſed negocio deditũ: nõ ſono
ſed uigiliis ita cũ admiratiōe intuebãt ut beatos ſe demũ fore arbitrarent: ſi aliqua ex ꝑ-
te Beſſarionis integritatē attigiſſēt. Ad huius itaq; mores ſeſe effingentes ex calamitoſa
fœlicē breui ciuitatē reddidere. Sublatis. n. ſeditiōibus extinctis incendiis furtis rapinis
homicidiiſq; repreſſis: ꝑfacile fuit uiro huic grauiſſimo adhibita facilitate in audiēdo le-
nitate in dicēdo: diligentia ī ſatiſfaciēdo: ppl̄um Bononiēſem ad bonã frugē reuocare.

Quem.n.uidebát iuſtiſſimũ:quẽ modeſtiſſimũ hunc tanꝗ̃ de cælo miſſũ ea ꝑſertim tẽ
peſtate uenerabãtur colebãt & obſeruabãt. Huic tãtæ auctoritati magnũ additamẽtũ
doctrina eius ſingularis erat:qua ꝑbeatas fieri poſſe reſpu. Plato ingenii ac ſapiẽtiæ faci
le pńceps exiſtimauit. Doctrina.n. poteſtati adiuncta uel uitioſiſſimã:quãq; naturam
mutare poſſet:ne dũ bonã ad bene de oĩbus ꝓmerẽdũ impellere. Hęc.n.facit ut ꝓuin
ciaꝝ ꝑſides urbiũq; nõ ſolũ ſe faciles ꝑbeãt ĩ cognoſcẽdis cauſis hoĩbus audiẽdis admittẽ
diſq; maioꝝ exẽpſo quoꝝ res geſtas legere : ueꝝ ẽt eoſdẽ admõet ut cũ ipſi ſint optimi
ſuoꝝ cupiditates refrenẽt:petulãtiã reprimãt:auaritiã coherceãt:q̃ qdẽ Beſſariõ maxi-
me obſeruauit toto q̃nquẽnio quo bononiẽſi urbi ꝑfuit:ne ſuoꝝ licẽtia & cupiditas qđ
ꝑſæpe multis accidit tante ſapientiæ & integritatis laudẽ cõmacularet. Cõpoſito hũc in
modũ ciuitatis ſtatu:quo iã bononia.xx.anno fœliciſſime uixit:& nitiẽ gymnaſiũ ue tu
ſtiſſimũ negligẽtia & ſeditionib9 ciuiũ pene ĩtermiſſũ & collapſum nõ mõ ædificiis ueꝝ
etiã inſtitutis & meliorib9 ſalariis inſtaurauit ac reſtituit:cõductis q̃uis grandi ꝑcip libe
raliũ diſciplinarũ doctorib9. Excitabat adoleſcẽtes ad ſtudia bonaꝝ artiũ ꝓpoſita præ
mii atq; honoris ſpe:multos ob inopiã a ſtudiis defecturos liberalitate & munificentia
ſua iuuit & inſtituto cõtinuit. Quid plura de amplitudie huius optimi pr̃is dicã q̃rites:
q̃ iuſte q̃ prudẽter q̃ modeſte q̃ clemẽter coloniã neſtrã bononiẽſem gubernauerit erexe
rit in pace retinuerit:ex hoc dep̃hẽdi põt qđ poſtea more maioꝝ bononiẽſiũ patronus
apud põtifices ſꝑ ẽ hitus. Illius.n.ciuitatis legati huc ueniẽtes hũc hoĩem añ oẽs adeũt:
ſalutãt:cõſulũt:comitanť:reducũt:qđ ẽ maximæ integritatis & cõtinẽtiæ ſignũ. At Beſ
ſariõ mortuo Nicolao.v.cũ in locũ ei9 ſuffici alteꝝ põtificẽ neceſſe eẽt Romã ueniẽs la-
chrymãtib9 bononiẽſib9 q̃ſi a pr̃e deſtitutis:cõclaue ingreſſus quorundã patrũ & opti
moꝝ ſuffragio Põtifex deſignať:quãtũ uero abſit maximis ĩperiis ꝓuiciis & ciuitatib9
liuor atq; inuidia cõp̃hẽdi certe hoc loco põt:qdã.n.ſtati ſuborti ſũt leues & uoluptuo
ſi:q beſſariõis ĩtegritatẽ & modeſtiã ueriti dicerẽt ſuffragia uitio inita denuo repetenda
eẽ. Nõ obſtitit uir optim9 quominus id fieret exiſtimãs qđ ueꝝ ẽ pontificatũ ſua ꝑſona
plus ĩdigere q̃ ſe põtificatu:ad ĩtegrã gloriã q̃ ꝑfecto carere iã nõ põt: eo.n.exiſtimatio
nis & famæ uir ampliſſim9 deuẽit:ut nulla ei ulteri9 dignitas ad uerã fœlicitatẽ ſit reqrẽ
da. Dolere nr̃am uicẽ & totius reip.chriſtianæ nõ ei9 debemus:qđ tali caruim9 principe
& hac potiſſimũ tẽpeſtate q̃ ꝑter externũ hoſtẽ q ceruicib9 nr̃is atmat9 cõtinuo ĩminet:
auaritia:libido:ignorãtia : dei atq; bonoꝝ hoium cõtẽptus ĩteſtina & grauiſſima mala
nos urgẽt:opprimũt:enecãt:nemine iuuãte. Hoc põtificę ĩdigebat religio xp̃iana lace-
rata nõ minus a uitiis noſtroꝝ q̃ ab externo hoſte:ut aliq̃ñ reſpiraret:hũc pontificẽ mo
res nr̃i reqrebãt oĩ ex pte labefactati:huius põtificis opa ĩdigebãt bonaꝝ artiũ ſtudioſi
& in q̃ uis facultate ĩduſtrii:q nũc tãq̃ ꝓphani cõtẽnunť reiciũť eliminãtur. Nõ deſti
tit tñ Beſſariõ caliſtũ monere & hortari: ut ĩterpoſita auctoritate põtificat9 ſęuiẽtem
hoſtẽ a ceruicib9 xp̃ianoꝝ ꝓpulſaret. Ad hoc quoq; bellũ adhortat9 ẽ Alphõſũ Aragõię
regẽ dũ a balneis puteolanis q̃ adierat ualitudinis cã. Neapolim ꝓficiſciť. Ad Cryptã
neapolitanã rex magno comitatu honoriſcẽ beſſariõi fit obuiã cũq; nullo nõ comita-
tis & bñficẽtiæ genere adhibito ĩ urbẽ ducit. Acceptũ laute & magnifice abeũtẽq; eodẽ
ſꝑ & ueneratus & ꝓſequutus ẽ uultu. Mortuo deide Caliſto Pius ſcđus ĩ ei9 locũ ſuffe-
ctus cõuẽtũ Mãtuanũ adhortãte Beſſariõe xp̃ianis oĩb9 ad certã diẽ decreuit quo oĩum
pńcipũ & ꝓploꝝ cõſẽſu bellũ thurcis ĩdiceret. Cõuenere eo pńcipes multi aut legati re
gũ aut pńcipũ quos beſſariõ poſt piũ põtificẽ ad tñ & tã neceſſariũ bellũ elegãti orõ-
ne quã ĩ manib9 hẽmus adhortat9 ẽ. At uero cũ huic tãto apparatui germanoꝝ princi
pum

pū iter ſeſe bella obſtarēt: eo mittere pius beſſarionē uiꝝ grauiſſimū legatū iſtituit: q̄ re
b9 i germāia cōpoſitis īperatorē federicū ac reliquos pricipes ad bellū thurcis īdictū ad
hortaret. Vadit uir optim9 licet ualitudiari9 ēēt hyeme iſtāte q° pius īperat: uenetias pa
doamne primū delat9 ducē ac ſenatū ad ſuſcipiēdū tm̄ bellū adhortat9: i germaniā hōe
ſto magis quā lauto & elegāti comitatu flectit iter. Seruiebat tū hyems februario mēſe
i germāia potiſſimū q̄ rgio frigidiſſima ē: uexat9 itaq; cū uētis tū ibrib9 tū niuib9 ac ꝑpe
cōtinuis nullū diē itermiſit quo ulteri9 nō ꝑficiſceret: & cum ſtare pedib9 eq̄ p̄ glaciē uix
poſſent: uehiculo germanoꝝ qd' trahā uocāus nō uect9 ſed tract9 ē. tādē uero poſt labo
res ꝑpe īfinitos horimbergā uēit: obuiā prodeūte honoratiſſimo quoq; ciue: ꝓdeūtib9
epīs ac toto clero. Vrbē īgreſſus lrīs ſtati ac nūtiis pricipes germaniæ ad ſe uocat: ꝑplm
quoq; horimburgēſem ut idē faciat lōga ac graui orōne adhortat: id uelle oñdēs deū op
timū: maximū id piū pōtificē: id res xp̄iāi ppl̄i afflictas ꝑpe ac ꝓfligatas. Supueñere āt
ñ ita mlto poſt auctoritate ſedis aplicę & tāti uiri fama ꝑmoti pricipes mlti uel pricipū
oratores: hos. n. i cōuētu audita cōtrauerſiaꝝ cā: ad pacē & cōcordiā multis ac maximis
rōnib9 reuocare ſępenūero cōat9 ē. Quid nō cogitauit qd non egit: qd nō dixit beſſarior
grites quo pacē iter diſcidētes cōponeret: aderāt pricipes multi: aderat cardinalis augu
ſtēſis: aderāt ep̄i qdā: aderat albert9 brādiburgēſis marchio: aderant legati baiouarię du
cis: hos duos pricipes iter ſe maxīe diſcidētes odio ꝑpe īgēito & monere & rogare & ob
ſecrare uir optim9 nō deſinebat copioſa & graui orōne de pace hita quā paulo añ cū ad
miratiōe legim9: ut depoſitis ſimultatib9 & odiis de bello thurcis īferēdo una cū pōtifi
ce & ipatore cogitarēt. Ecce dū i cōſultatiōe eēnt lrę ei a legato pānōiæ ſancti angeli car
dinali reddunt: qb9 fit certior pugnatū cū thurcis eē: & pānonios grauiꝑlio ſupatos eſ
ſiſſe piculūq; iminere ne hoſtes uictoria elati lōge ac late oia occupēt uaſtēt & diripiāt.
tū beſſariō lachrymabūd9 ac uicē xp̄ianę reip. gemēs breuiter clades oēs nr̄is illatas cō
memorat iminēs piculū oñdit: pacē & cōcordiā ꝓponit quo liberi9 & tuti9 cōiūctis ar
mis & copiis ire i hoſtē ferocē & recēti uictoria exultātē liceat. Cū āt horimbergę nil fie
ri uideret: Qd' eo pp diſtātiā ꝓficiſci rhenani pricipes grauarent: maxīe uero palatius
comes trāſferre cōuētū uermatiā legat9 iſtituit: ne qcq̄ itētatū reliq̄ret qd' ad ſedādas li
tes ptineret. Vētū ē tādē poſt multa & grauiſſima picula uormatiā neq;. n. pagtare ger
maniā ſine p̄ſidio militari licet: qd apd eos (tm̄ ualet cōſuetudo rapię) & latrocinia quo
dāmō cōceſſa uident. Suſcept9 bēignę a uomacēſib9 beſſariō legatos tū ipatoris tū alio
rū pricipū ad ſe uocat qd ſit agēdum ꝓponit. Diſceptat nec ſemel tm̄ ſed iteꝝ ac tertio.
Mittit ep̄os uiros grauiſſimos & optios quos ſecū hēbat ad uicios pricipes: neqd omit
teret qd ad cōcordiā faceret. Vbi aūt nihil fieri tāta ſolicitudiē uideret: monēdo rogādo
obſecrādoq; uiennā ꝓficiſci ad ipatorē iſtituit: oēs adhortat9 ut eo ſe ꝓpere cōferent: ar
bitrat9 cęſaris p̄ſītia & auctoritate rē optatā ex ſnia cōfici poſſe magnis qdē atq; aſpis iti
nerib9 eo tādē uētū ē. Fit obuiā beſſarioni ipator ad mille paſſus eūq; nullo nō adhibito
honoris genere i urbē ducit. Data ē tm̄modo dies qeti: poſtera uero cū legat9 ad ipatorē
cōtra ipator ad legatū ꝓficiſci honoris cā cōtēderet: puicit ipator ad beſſarionem ꝑgens
quo cū & de pace cōponēda iter germāiæ pricipes: & de bello thurcis īferēdo lōgiſſim9
& grauiſſim9 ſermo ē hitus. Cū itaq; pricipes & legati multoꝝ ueniſſent de eadēq; re q̄
ſępiſſime oī conatu fruſtra tractatū eēt: ꝓpoſito ipſius ꝓuinciæ emolumēto & honore
redire tādē i italiā lucē feliciſſimā legat9 iſtituit: ne fruſtra & tp̄s & corpus ualitudinariū
frigorib9 & labore itineꝝ ac tedio ai cōſumeret. Inter exteras gētes græcis ac latinis natu
ra īfeſtas: piclitatū ē ſæpius dū temulēti & armati nō ſolū i agris ſed inurbib9 graſſant
Viēnne aūt ubi potiſſimū gymnaſtici qua uis lnia & petulātia utunt. Redit tādē poſt
bienniū beſſariō ueſter grites ut quē abſētē roma d̄ſiderabat cupiebat; & uotis optabat:

præſentem denique intueretur admiraretur uenerareturq; ut eccleſię Romanę unicū co
lumen: & patriæ ueſtrę parentem. Non deſtitit tamen uir optimus & ſapientiſſimus Pi
um pontificem hortari ut piiſſimum bellum iam ante contra impios decretum ample
ctaretur: hanc ob rem cum Pius anconam unde moturus erat in hoſtem proficiſci inſti
tuiſſet: ibique claſſem undique uenturam a chriſtianis expectare: Beſſarion ad uene
tos propere contendit ſedis apoſtolicę legatus: cuius auctoritas tātum ualuit: ut & du
cem & ſenatum ad id bellum impulerit: paratæ triremes a uenetis ſunt dux claſſi præfi
citur nauigat anconam: eo & beſſarion ſenex ac imbecillis ob ualitudinem cum trire
mi ſua impenſa ſtructa & armata contendit. At uero in tanto apparatu pio pontifi
cę mortuo cum omnes paſſim dilaberentur ipſe quoque Romam ad ineunda pro no
uo pontifice ſuffragia reuertitur: quo creato cum omnia ad ocium ſpectarent: ingenio
ſuo & doctrina fretus: quicquid ocii a rebus publicis dabatur totum id ad ſcribendum
contulit: Homo omnium ſolertiſſimus. Cum prodeſſe coram amicis autem periclitan
tibus non poſſet eos litteris pietatis & humanitatis plenis admōuit erudiit: a malo de
terruit ad officium ſi qua in re deliquerunt reuocauit: harum extat numerus prope in
finitus tum græce tum latinæ ſcriptæ. Duas ſcripſit duorum locorum laudationes &
patriæ trapezūdos & Iſthmii adeo elegāter & abſolute ut ꝓuinciæ ipſæ & benignitate
coeli & ubertate frugū oium & portuoſitatē littoꝝ: atq; hoium īgenioſoꝝ & fortiſſimo
rū copia cuiꝰ ꝓuinciæ cōferri poſſe uidebant. Nō dico q̄ docte q̄ mēoriter hoꝝ locoꝝ reſ
pu. & quęqd ī his tū bello tū pace geſtū ſit cōmemoret deſcribat notet. facit id qdē adeo
īgenioſe & accurate: ut res ipſæ nō deſcriptæ ſed ab eodē īſtitutę & geſtæ uideant. In cō
ſolationibꝰ tribꝰ q̄s ad impatorē Cōſtātinopolitanū in morte uxoris hūit: ad cōſtantiā
& fortitudinē hoiem ipm pluribꝰ rōnibus reuocat: uerbis grauiſſimis & ſentētiis oñdēs
nil noui eiꝰ maieſtati accidiſſe: cū mors oibus ſit: nō dico cōe malū ſed receptaculū a ma
lis: ſi bñ ac cōſtāter uitā duxerimus: quēadmodū reginā ipam uixiſſe oñdit. Confutauit
acerrime graui & copioſa oſone eos: q ptinaciter nimis aſſeuerāt dictū illud Ioannis de
petro: ſic eū uolo manere qd ad te: cū dicēdū ſit: ſi eū uolo manere qd ad te. Hoc āt ꝓ
bat & doctiſſimoꝝ hoium auctoritate & gręca littera ioānes euāgeliū ſcripſit: & latia lo
cutione a q̄ modus ille dicēdi lōge aborret. Sed adeo copioſe in aduerſariū ſurgit qrites
ut nullū ꝓpe erratū aut uitio interptū cōmiſſū: aut negligentia librarioꝝ aut incuria le
gentiū in tota ſcriptura ſacra ꝑtermittat. Aperit oia diſputat refellit docet. Eodē dicēdi
ac diſputādi torrēte Epheſini epi opinionē aſſerētis ſpūm ſanctū a pre tm̄ ꝓdire acerri
me cōfutat. Sancti Beſſariōis uñ ipſe nomē accepit priæ parētis ac patrōi uitā diligēter
ac copioſe ſcripſit. Sancti Frāciſci ordinē cuiꝰ pronus habet cōſtāter ac ſapiēter tutatꝰ
ē. Nō ē paſſus quēpiā bñ de genere hūano meritū maledicētia poſt mortē lacerari. Vñ
acerrime ī calūniatorē platonis īſurgit eo uolumine & qdē diuino qđ nuꝑ magna cū ue
ſtra expectatiōe edidit. Quā grauis ſit ī laudādo: acerbꝰ ī uitupando: in ſnīis argutꝰ in
diſſerēdo ſubtilis ī cōfutādo acer: ex hoc libro cōprehēdi pōt ī quo reꝝ oium diuinaꝝ at
q; hūanaꝝ ſciētia tāq̄ ī ſacrario repoſita uī: hic eſt certe q̄ hauriāt theologi: phi: mathe
matici: oratores: dialectici: & qđuis genꝰ hoium ciuiliū ac ſtudioſoꝝ. Nullā ſectā pho
rū ꝑtermittit: q̄ nō notet qd qſq; dixerit qđ ꝓbari īprobariue poſſet oñdit: ut pythago
reoꝝ nimiā pietatē: cynicoꝝ ruſticitatē: ſtoicoꝝ auſteritatē carpit ită ꝑipateticoꝝ & ue
teꝝ Academicoꝝ mediocritatē laudat: extollit Ariſtotelē Platonē phorū pricipē facit:
quo cū plura chriſtiāis oñdit cōuenire q̄ cū aliquo phorū neq; id qdē theologoꝝ nr̄orū
auctoritate tm̄modo ꝓbat: ueꝝ ēt ſyllogiſmo & rōnibꝰ: qbus aduerſariū ita circūagit &
opprimit: ut neq; quo ſe recipiat calumniator diuini Platonis habeat: neq; qd reſponde
at obrutus argumentis ſatis inueniat. Hunc ſiquidem homuncionem uir ampliſſimus

ita interdum

ita interdum deridet ſeruata grauitate dignitatis: ut fateri cogat ſe non modo intellexiſ-
ſe Platonis mentem quem hic nouus carneades imperitię turpitudinis inconſtantiæ ar
guit: ſed ne linguæ quidem grçce proprietatem tenuiſſe: cum ipſe grçcus ſit & Platonis
leges non latinas facere: ſed deprauare conatus philoſophi ſententias euerterit & obſcu
riores reddiderit. Quanta fuerit huius audatia quirites animaduertitæ quæſo: hic enim
ac ſi in qua uis ſcientia doctrina & antiquitate ſolus doctor gentium & magiſter habe-
retur: ſolus peragraſſet orbem terrarum diſcendi cauſa quicquid ubiq̃ arcanum & recõ
ditum eſt: ut Platonem & pythagoram feciſſe intelleximus. Solus in publicis Europæ
gymnaſiis gorgiæ leontini & archiſilae morem a ſocrate deriſum uſurpaſſet: q̃ſtionem
.ſ. in cõuẽtu & corõa hoium poſcẽdi & iubere dicere: q̃ de re qſq; uellet audire: ñ eo teme
ritati ꝓgredi certe debuiſſet: ut doctiſſimũ ariſtotelẽ cũ diuio platone diſcipulũ acutũ
cũ ampliſſimo ꝑceptore cõferret ac cõmitteret. huius tñ audacia nil nobis obſuit q̃rites:
imo uehemẽter ꝓfuit & ſi cui licet optare ut aliqs peccet: id certe nobis adeo ꝑcib⁹ expo
ſcẽdũ fuit. Hac.n. idignitate cõcitat⁹ Beſſariõ oẽm oium phoꝝ q unq̃ fuere ſciam expli
cat & qđ maxie optãdũ erat doctrinã & mẽtẽ platõis a nemine fere iunioꝝ cognitã: ita
explicat & apit ut ꝑfacile appareat oẽs ſectas q̃ ſanũ aliq̃d ſape uident ab ipſo platõe tã
quã perenni & uberrio fonte manare. His reb⁹ q̃ grauiſſimę ſunt & totũ hominẽ ꝓpe re-
quirunt itẽtus ꝓ tpe beſſarion nil tñ unq̃ omiſit qđ ad officiũ cardinalatus ptineret. Rem
diuinã & domi & foris nunq̃ intermittit. Senatũ frequentat in quo ſecũdus a pontificę
habet. Sententiã in cõſultationibus grauiter & cõſtanter e rep. chriſtiana tuet: clienti-
bus & familiaribus apud pontificẽ patrociniũ ſuum ꝑſtat. Circũuentos maloꝝ falatiis
adiuuat bonos & doctos ad meliorem fortunã & honeſtiorem dignitatis gradũ cõmen
dationibus ſuis grauiſſimis ac propriis facultatibus iterdum erigit: familiam domi alit
in utraq; lingua eruditiſſimam & in quauis facultate doctiſſimam. Veſtri illi maiores
quirites uiros doctiſſimos in contubernium ſuum recipiebant diſcendi & philoſophan
di cauſa: ut Scipio Aphricanus Ennium poetam Panetium philoſophum: Polybium
hiſtoricũ Luculli Catones & hortenſii Archiam poetam Cicerones Cratippum philo
ſophum. CN. Pompeius Leneum libertum Auguſtus Cęſar Apollonium pergame-
num: multos qui id fecere non de Romanis tantum: ſed etiam de externis cõmemora-
re poſſem. Hęc tamen beſſarionis ſit pręcipua laus q; ſuos non religione tãtum & mo
ribus ad bene uiuendum inſtituit uerum etiam litteratura eruditiõe doctrina ita imbu-
it ubi a negotiis publicis uacat ut inde quemadmodum quotidie cernimus multi & q-
dem docti: tanq̃ ex equo troiano (ut de Iſocrate ait Cicero) continue prodeant: ac plu-
res prope quam ex reliqua romana curia. Quid deeſt Nicolao perotto archiepiſcopo
Sypontino: quod ad mores & doctrinam faciat? Grauis pro dignitate comis & huma
nus: ſcribit ac dicit eleganter & copioſe ſed qui grçca latina melius faceret nemo adhuc
ętate noſtra inuentus eſt. Quanta ſit Theodori gazę uiri optimi doctrina & eruditio
cum grçca tũ latina ex hoc uel maxime deprehendi poteſt: quod omnes bonaꝝ artium
ſtudioſi de aliqua re ambigẽtes hunc adeunt ex tota ciuitate ut oraculum totius erudi-
tionis ac diſciplinę: hic & ſi græcus ſit ita latinę ſcribit: ut nullam hoſpitis ſpeciem pre
ſeferat. Non eſt amittendus Ioãnes gattus theologus phuſq; inſignis: nõ Valerius ui-
terbienſis eruditione doctrina cum quo uis optimo ętatis noſtrę medico conferendus:
nõ andronicus grçca & latina lingua aprime eruditus. Sũt & i eius cõtubernio q põtiſi
ciũ ac ciuile ius qq; mathematica optie teneãt. Subſecunt & Iuuenes qdã q ualidiores
iacti tãquam generoſi pulli & ex optia ꝓle ſumpti nõ tubam aut campanã reformida
bũt. Hi fructus obruuntur undiq; ad ubertatem non minus ciuitatis: ſed totius proui
tiæ Beſſarionis opera & impenſa: qui non una in re tantum liberaliſſimas manus ſed in

pluribus circũfert. Miſeratus græcoꝝ calamitatẽ multa numũ milia aureoꝝ ꝓ redimẽ
dis captiuis expẽdit: puellas multas inopia parẽtũ marito carẽtes ære ꝓprio dote facta
nuptui collocat. Inopes & ualidudinarios cõtinuo iuuat. ædes ſacras aut iſtituit aut col
lapſas uetuſtate reficit: qđ ĩdicat tẽplũ appľoꝝ i urbe ubi ſacellũ ſibi cõdidit & ſeceſſus
cryptæ ferratæ beatæ uirgini dicatus. Domũ quoq; ſibi pauit ita dignitati & facultatib9
cõgruẽtẽ: ut neq; melius qſq̄ neq; modeſtius i urbe hitet. Accedẽtes & qdẽ freq̄nter libẽ
ter admittit audit & qđ fieri ab eo amicoꝝ cã põt: doctoꝝ pſerti quoꝝ patronus ẽ: id
ſe libẽter factuꝝ repromittit. His uero de ſuo tñ interdũ donat: quãtũ ei p domeſticas
ĩpẽſas licet. Bibliothecã græcã trigita millib9 numũ aureoꝝ emptã Venetiis extruxit:
ne oino græca litteratura deficeret. Vidit. n. eã urbẽ pp̄ uicinitatẽ & nauigationẽ græcis
a barbaris uexatis eẽ pcõmodæ. Ornabit & hãc ueſtrã ciuitatẽ latina ſupellectile ſi ei ali
quãdiu uiuere licuerit. Hũc itaq; hoiem qrites: q ob ſuã ſingularẽ ſapiam cõſtantiã fidẽ
pietatẽ fortitudinẽ humanitatẽ gratiã eruditionẽ doctrinã facit quomin9 Socrates Pla
tones ariſtoteles graccos numas uarrones brutos ſulpitios catones ueſtros deſideretis:
hũc inq̄ oium hoiem bñ de optio quoq; & iduſtrio meritũ: colite obſeruate: ac freq̄nti-
bus laudib9 celebrate. Hac rõne (tãta ẽ auctoritas ueſtra) & bonoꝝ ingenia ad uirtutẽ
excitabitis ꝓpoſita gloria optia ad excitãdos hoies chalcaria: & malos a uitio deterrebi
tis: cũ a uobis poſthaberi aut notari flagitioſos dedecoris ac turpitudinis nota uidebũt.
Ego uero maxias uobis gratias ago qđ me audire quo nis mõ loq̄ntẽ uolueritis: maio-
res tñ habiturus ſi uos quoq; Beſſarionẽ p̄rem ampliſſimũ quo uis p̄conio dignũ laudi
bus ueſtris q̄ grauiſſimæ ſunt celebraueritis.

¶ Ad Paulum. ii. pon. maximum: Platynæ oratio de pace Italiæ confirmanda & bello Thurcis indicendo.

SI cui unq̄ ꝓ cõſeruata una atq; itẽ alia ciuitate gratiæ ſunt actæ: ea hoc po
tiſſimũ tpe Pauli ponti. maximi laus ẽ: q̄ uel laudatiſſimũ quenq; iure ac
merito antecellat. Is. n. cõſilio quo ualet plurimũ prudẽtia q̄ cũcta mode
rať & regit. Cõſtãtia cuius adminiculo ut firmiſſima ancora nõ ſolũ Petri
nauiculã a ꝓcellis & fluctib9 tueť: ueꝝ ẽt uitã oium noſtrũ bona: fortu
nas parentes liberos domicilia ciuitates italiã totã europã ex flãma ferro atq; oi genere
crudelitatis & ſęuitię una denũciatiõe pacis eripit ac cõſeruat. Ardebãt cũcta bello: ſol
licitabanť pollicitatiõibus i ptes principes ac ppli. Noui cõſcribebanť exercitus: ueteri
b9 ſuplemẽta addebanť: comeatus oifariã ad tñ bellũ iã parati erant. Veꝝ Paulus di-
uino nutu collegio cardialiũ adiuuãte: auditis pſæpe ptiũ legatis æquas pacis cõditiões
i mediũ põit auerſur9 a ceruicib9 italiæ a uiſcerib9 ciuitatũ ab euerſiõib9 urbiũ noſtraꝝ
oẽm ui i imaniſſimũ thurcũ. O mẽtẽ hois ꝓpe diuinã: O ſingularẽ ſapiam: o charitatẽ
erga xp̄ianũ gẽus ĩexplicabilẽ. Qđ uiuim9 qđ ſpiramus: qđ fruimur pace ac liberiore ui
ta tuo id munere fieri nemo ẽ q ãbigat. Tibi deinceps qcqd nobis fortuna aut induſtria
dederit: id oẽ merito tuo referẽus acceptũ. Vilior erit poſt hac ãnona: liberior mercatu
ra mari ac terra. amplior ac copioſior agricultura: quoquo uoluerim9 aut negotii aut aĩ
cã ſine hoſtili metu migraŕ nobis licebit. Egiſti nimiꝝ paule qđ põtificẽ decet. Curãda ẽ
tibi creditarũ aiarũ ſalus: Curãda ppľoꝝ ac principũ cõcordia. Retinẽdi admonitiõib9
& cẽſuris i officio ſũt: q aut ſupbia: auť auaritia: aut cupiditate dñandi meliorib9 uim in
ferre ac iniuriã facere tenuiorib9 conãtur. Tu unic9 diuino nutu ac patrũ oium cõſenſu
ex ordĩe cardinaliũ delect9 es: q xp̄ianã rẽp. regeres ac gubernares: q leges: q plebiſcita:
qui mores prouinciarum ac populorum æqua lance temperares. Ad ſummam laudem
pauel nil tibi pręter bellũ thurcis indictũ ac confectum deeſſe uideo. Hinc. n. ois tua la

us tãq̃ ex optimo gymnaſio æternitatem capiet. Graue eſt fateor hoc bellũ & periculo-
ſum: ſed multo grauius ut incendiũ inter cõdenſa tecta futuꝝ eſt: ni obuiã ſequenti ho-
ſti terra ac mari itum fuerit. Is enim ſedẽtibus xp̃ianis ſocordia & auaritia principum in
Europã cum magno exercitu traiiciens capta conſtantinopoli ac direpta magnam par
tem thracię Macedoniã theſaliã boetiã achaiã & totã ferme epiꝝ: addo etiam pelopon-
neſum ui cępit: pręter pauca oppida & ea qdem maritima q̃ a uenetis fortiter & cõſtan
ter ſunt defenſa. Reticeo mortes duoꝝ imperatoꝝ cõſtantinopolitani. ſ. & trapezoncii:
taceo regis boſſinę: ducis ſeruię ac multoꝝ xp̃ianę religionis principũ una cum populis
& nationibus interitũ. Is occaſionibus illectus homo oĩum crudeliſſimus ac dñandi cu
pidus: panonias magnis inuicẽ illatis acceptiſq; cladibus cũ ĩgẽti exercitu ſępe ĩgreſſus
eſt: reſiſtere fortiter ac cõſtanter ungari. Idem fecere epirotę & illyrii idẽ poſtremo uene
ti terra mariq;. Quibus bellis declaratũ eſt plus ſpei hoſtẽ in diſcordia xp̃ianorũ quã in
uirtute & fortitudine ſuoꝝ repoſuiſſe. Excitare hac pfecto aĩos hominũ atq; inflãmare:
potius quã deterrere ad tñ bellum tãq; neceſſariũ debent. Diutius tñ differendũ non ẽt
ne qui uſq; ad hęc tp̃a cum magno ſuoꝝ interitu: barbaroꝝ impetus ſubſtinere dimicã-
do & ſua tuendo nunc domũ derelicti ungaroꝝ exemplũ imitati thurcis ſe ſuaq; oĩa de
dant. Conquerunt̃ tum deniq; hoĩes libere: & trãſitionis qñ a uobis deſtituti uidebũtur
honeſtiorẽ uiam putabunt: tantũq; quod ẽt atq; ẽt conſiderandũ eſt additamenti hoſti
bus potentiſſimis accedet quantũ uobis ademptũ fuerit. Adde quod hoſtibus audatia
& uectigal nr̃is timiditas & inopia creſcet. Omitto utilitatẽ q̃ quã magna futura ſit ne-
gociantes & mercatores europę q cõmigrare emolumenti cã ante hoc grauiſſimũ bellũ
ſolebant cũ gemitu cõmemorant & ſpe pleni loca illa ameniſſima ac fructuoſiſſima ĩ po-
teſtate xp̃ianoꝝ aliqñ uentura utilitatẽ exoptatã expectãt. Omitto inquã utilitatẽ quæ
ẽt ſi nulla extaret debelato hoſte tñ ad delendã ignominiã ſuperioribus tp̃ibus negligẽ-
tia & auaritia eoꝝ ad quos maxime attinebat acceptã bellũ ſuſcipiẽdum eſſet præcipue
uero cum hęc ĩmaniſſima bellua: nõ in hoĩes ſed in deũ optimũ maximũ quem merito
colimus ut ueꝝ dei filiũ: ut redemptorẽ humani generis ut uerę ac ſanctę religionis fun
datorem arma ſumat. Spurcã ſordidã in honeſtã ĩcęſtã mahometanã perfidiã uerbis
ſtolidis & impudica actiõne iactitãs. Poſſum cõmemorare ob leues cãs: ſi ad has reſpi-
cimus q̃ grauiſſimę ſunt. Multos quondã populos multos principes bella piculoſiſſima
ſuſcepiſſe: ut romanos achaicum & tarentinũ: gallos romanũ: lacedemonios atticum.
Omitto romanos bella ppę infinita cũ finitimis & externis geſiſſe ob res quãtũuis par
uas repetitus & nõ redditas: ob uiolatũ uis gẽtiũ & lęſum aliqua ex parte Fœdus. Vos
aũt tot urbibus direptis euerſis atq; incẽſis tot deuaſtatis puinciis tot regibus tot prin
cipibus tot populis xp̃ianis uariis cruciatibus necatis tot puberibus ptim ſtupratis par
tim in grauiſſimã ſeruitutẽ abactis a uindicãda tanta iniuria ſupſedebitis? Moueat ſaltẽ
uos ſi hac nõ ſatis magna uidet̃ ſpreta religio: pfanata templa: expoliata ſacraria: comi
nuta ac diſtracta dei ſanctorũq; oĩum ſimulachra? Quid martyꝝ reliquiæ nõ ne p con
tẽptũ ex abdytis & ſacrariis auulſæ paſſim p uias p cõpita & ĩmõda loca piecte iacent?
Audire eoꝝ uoces nunc certe uideor obſeruantiũ uos p ſanguinẽ eius q nos redemit: p
martyria ſua ad ſalutẽ cõem tendentia: ut bellũ aĩo conceptũ tandẽ ſuſcipiatis: habituri
ducem chriſtum ipſum ac ſanctoꝝ opera & auxilio pro centurionibus & ſigniferis uſu
ri. Vnum tantũmodo uereor ne uos deterreat res totiens infœliciter tẽtata. Sed quo cõ
ſilio per ĩmortalem deum quibus copiis quã diſiunctis & inęqualibus bella ſunt ichoa
ta nec perfecta. Nollem id factum cum ob eam rẽ reſederit chriſtianoꝝ ardor. Collectę

pecunię quauis arte & acerbitate ſunt. Cōſcripti milites: cōparata claſſis nec tñ quicquā
dignum memoria geſtum eſt. Imperatorem & quidem praeclarum ueteranū & ſirmū
exercitum non collectitiū ęrariū ſolidū nō mēdicatū tanta moles belli exigebat. Vaiuo
da duce clariſſimo ungari nō ꝓpulſarūt: mō numeroſum hoſtē & ferocē uerū ēt ingēti
illata clade cū cedere e finibus coegere. Quātillis copiis magnos hoſtiū fudere exercit9
illyrii & epirotę ducū ſuoꝝ iperio ac cōſiliis in ꝑlio retēti. Parua manu iā qnquennio ue
neti magnas thurci tū terra tū mari detinuere copias: cōgredi nauali ꝑlio nunq̄ cū uene
tis eſt auſus: cōtētus boſphori ꝓpontidis ue limites tanq̄ tutiſſima effugia tueri. Conie
ctari ex his licet hoiem plus fortunę & diſcidio xpianoꝝ quā uirtuti fidentē pelli ex eu-
ropa in latebras Aſię poſſe. Si cōſilio tuo & mandatis italię ppli obtēperauerit. Arma
uit Vrbanus ſecundus pont. max. conuentu xpianoꝝ ad clarū mōtē hito trecē[illegible] milia
hoium i ſaracenos recuperāde hieroſolymę cā: hęc tāta multitudo xpi ſigno notata cō
ſtātinopoli primo diuerſis itineribus ꝑueniēs: ducibus & qdē clariſſimis Gotfredo Eu
ſtachio Balduino Raymūdo Boemūdo ūſa in Aſiā traiiciēs gręcis ipis maxie uero Ale
xio iperatore Cōſtātinopolitano aduerſante: q maligne cōmeatus ſubminiſtrabat op-
pida multa niceā: āthiochiā: hieroſolimā: heracleā: tharſum multis millib9 ſarracenoꝝ
& thurcoꝝ cęſis occuparunt: deſerentibus deinde tantā expeditionē qbuſdā deletis etiā
paulati chriſtianoꝝ exercitib9 nullo ſubminiſtrato ſupplemento ut decebat ad ſarrace
nos & thurcos tandem recidere oia. O bellum ſanctiſſimū & annalibus aureis notādū.
Si id retinere Chriſtiani principes adnixi fuiſſent quod multo ſudore ac ſāguine noſtri
pepererāt: Non ne ad aſtra urbani nomē fertur: q tam pium ac iuſtum bellū cōcitauit?
Laudat & Bernard9 claraualleſis Abbas q hortatu ſuo & ſāctitate qua celebris tū hēba
tur multos principes ad tantū bellū tanq̄ neceſſariū impulit imprimis Corradū ſueuū
cuius exercitum dū Iconii eēt nō Barbari: ſed Hemanuelis Cōſtantinopolitani impera
toris fallacia deleuit: mixto Gypſo cū farrina q̄ cōmeatus noie ſubminiſtrabat: Deficiē-
tibus. n. hanc ob rē militibus nā uariis afflictabantur morbis cedere retro Corrad9 coa
ctus ē. Repreſſit ferociā Saladini uiri fortiſſimi Balduinus quartus Hieroſolymarū rex
fugatis eius ad Aſcalonē copiis. Quo poſtea mortuo idē Saladinus uictis ingēti clade
chriſtianis omnia facilime in poteſtatē ſuā redegit. Defuere illis ſaeculis Pōtifices qui &
uellent: & poſſent: tantū bellū ſubſtinere. Velle te nemo eſt q ambigat: cū pacem Italię
quietem Europae acuratiſſime quaeſieris. Vt ēt poſſes fecit tua non in quaerēdis mō pe-
cuniis ſolertia ſed ēt in conſeruandis parſimonia. Delegiſti itē & quidē prudenter ex mi
litia Italica Bartholomeū Bergomatē ueteranū ducem cui tuas ac reliquoꝝ ſociorū co-
pias merito Cōmitteres. In eo enim ſunt quae in duce optimo ineſſe oportet. Sciētia rei
militaris quā a teneris annis prope in caſtris enutritus ſub brachio duce pręſtantiſſimo
contra acerrimas hoſtium copias dimicans imbibit. Duxit deinde per multos annos or
dines. Libertatem italiae dum mediolanenſes uariis bellis diſtraherentur ſuis copiis cō-
tra gallos fortiter dimicās tutatus eſt. De labore hominis in bellicis negotiis: de fortitu-
dine & conſtantia in adeundis periculis: de conſilio in prouidendo re militari ita exigē-
te: nō attinet dicere: quod cu[illegible] ſemper alias tum uero uel maxime praeterita aeſtate ma
xios ductauerit exercit9 nullo incōmodo a magnis hoſtiū copiis accepto. Adde qđ glo
riae cupidus anteq̄ e uita diſcedat relinq̄re de ſe monumētū cogitat ꝙ poſteri fama cele-
brēt: offerri uiro nulla certe maior ocaſio potuit bellū hēt honeſtiſſimū: ꝓ piis cōtra i-
pios: pro iuſtis & bonis contra iniuſtos & malos: ꝓ modeſtis cōtra imodeſtos & intē-
perātes: pugnaturus nimirū ē deo ipſo duce quē ſpernūt hoſtes quē negāt quē tollūt e

medio quoad fieri pōt. Mahometū pfidę ſectæ & ſpurcæ auctorē ſequētes: incohare tm̄ bellum difficile uī: q̄ longe ab Italia ſit eundū: q̄ in aliena ꝓuintia ſit dimicandum: & contra eos qui immanes & crudeles in plūs habent. Adeo ne remolitos & effeminatos italoꝝ animos putabimus: ut cum Romani olim belli gerendi cā extremas orbis terraꝝ partes peragrauerint: maria nauigauerint: alpes aditu difficiles ſuperauerint: non ſint futuri qui noſtra ætate nōia dent ad tranſeūdum in Epirum: in Macedoniā: in greciam. Ego uero ſic exiſtimo ꝓpoſito die quo ad dāda nomina ad tam ſanctā militiā ſit eundum: innumerabiles ꝓpe tum equites tum pedites eo ꝓpere ituros: abundat milite & quidem exercitatiſſimo italia: ſed paupere ob auaritiā principum & diuturnam pacem: confluere eo tanq̄ ad epulas putabis. Vincendi ac pdandi cā: pertinebit & hoc ad cō[..]m xp̄ianæ reipu. utilitatē: & q̄ aberit ſuſpitio conſpirationis intentio ad res agendas milite: & q̄ bellum in terra hoſtili motū eoꝝ comeatus animos uectigalia diminuet ac noſtris audaciā faciet. Continebitis item in fide hoſtium finitimos qui uel feſſi diuturnitate belli uel aliqua opportunitate illecti nō ita conſtātes futuri uident. Omitto oblatā uobis occaſionē recipiēdi eos in fidē & amicitiā q̄ crudele ſeruitutis iugū a collo ſuo reiicere iamdudum cogitant. Timorē obiicitis noſtris militibus: magis ne reformidant uulnera & fuſum cruorē Europei q̄ Aſiani: unde queſo robur militiæ & cōſtantia ac cōtemptus uitæ in pliis eſt habitus: ſi nō hāc fortitudinē Europa habuit: quæ hoīes ad labores ad frigora ad æſtus ad famem & ſitim tolerandā ad ſubſtinenda uulnera ad tingēdas cruore manus ꝓducere atq̄ alere uī. Hinc orti ſunt pcipue aūt ex Italia: q orientē q meridiē: q deniq̄ totū orbē terraꝝ Romanoꝝ impio ſubiecere. Obſtinatiores in pᷓlio futuros noſtros putarim q̄ non pro libertate tm̄: ſed ēt pro religione & immortali deo dimicaturi ſunt. Terret quoſdam multitudo hoſtiū: quod ad ducenta millia hominum eadem caſtra plęruq̄ habeāt. Nuſquā ne auditum aut lectū eſt magnā multitudinem & eam quidē incōditam ſeſeq̄ ſua numeroſitate impedientē a paruis exercitibus fuſam ſupauit Melciades Athenienſiū dux in campis Marathoniis cū decē milibus militum adiuuantibus perpaucis platеenſibus cētum millia perſarum ī gręciam a dario miſſa. Occupatis anguſtiis thermopilarum Leonidas ſpartanoꝝ rex cū quatuor millibus militum ita Xerſis copias terris ēt graues pugnando defatigauit: ut non uicti Lacedemonii ſed hoſtes cedendo defatigati potius concidiſſe dicantur. Superauit Themiſtocles Athenienſium dux in anguſtiis ſalamini freti ingentem Xerſis potentiſſimi regis claſſem cum paucis nauibus ſi numerū perſarum inſpicimus. Hac pugna Xerſes perteritus in regnum omiſſa gręcia trepide ſeſe recepit. Quotiens parua manu darium aut pręfectos eius magnorum exercituum duces fudit alexander Magnus? Quotiens Cęſar? Quotiens Scipio? Quotiens Hannibal? pyrrus? Et ne ueteris teſtamenti hiſtoriam pręteréamus. Saul rex ſolus uno pręlio mille: dauid decemmillia philiſteorū ſuperauit. Non fraudetur ſua laude Iudit fœmina illuſtris quæ holophernen interfecit ac patriam graui obſidione liberauit. Factum hoc auxilio dei: Qui iuſtam ſemper cauſam fouet non negauerim. Tuebitur & nos idem deus qui pharaonem iniuſte populum eius perſequentem undis rubri maris ſubmerſit: qui Boemundum quondam Euſtachium gothfredum Balduinum. Noſtra ætate Sigiſmondum imperatorem Eugenio pontifice uaiuodam Nicolao. v. Mathiam regē ungariæ pio ſecundo inſtāte magnis illatis crudeliſſimo hoſti & ipſo cladibus tutatus eſt. Erunt quos fortaſſe impenſa bellica deterreat: qđ ſine ingēti armorum comeatus pecuniarum ui & numero tm̄ bellum ſubſtineri nequeat q̄ppe cū aduerſus totam Aſiā ac magnā ptē Europe ſit dimicā

dũ. Eſt qdē hoc bellũ ut uerꝫ fatear magnũ nō tñ adeo magnũ ut ſubſtineri ab italia nō poſſit. Et ut a teipſo xp̄ianorum principe Paule incipiã: tui ꝓuentus diuturni & perennes tua uectigalia uñ īpenſæ bellicę ſatiſfieri poſſit nō ſunt contemnenda. Sub ditione tua. Picenũ habes patrimoniũ. Maritimã orã. Feraciſſimas italiæ partes. unde nauib9 facillime cōportari ad noſtros in Epirũ in pelloponneſum in illyricum comeatus pñt. Quid ꝗ tibi facultas data eſt exigēdi decimas ac trigeſimas quidē alias a ſecularibus illas a preſbyteris ſi ita reſpu. chriſtiana exigere uidebiť: hinc. n. grandis pecunia ex tota ferme Europa colligereť: qua uel diuturnum bellum ſubſtineri poſſet. Omitto ſcribere quos theſauros quatriēnio iã paraueris ad hos credo uſus. Eſt. n. hęc cōſtãs oium opinio magnã uim ſignati auri apud te eſſe quo & exercitus xp̄ianos ſubſtinere & te ac tua ſi q̄ uis ignuerit tueri poſſis. Nō deerit tãto bello Ferdinãd9 Neapolitanus rex: q pacato iam diu ab externis hoſtibus regno: glorioſius nil aut ſanctius agere poteſt: q̄ una tecũ hoſtes xp̄iani nominis a ceruicib9 noſtris remouere. Habet militē exercitatiſſimũ & ueteranum: habet triremes: abundat omniſariã comeatu: habet portus ad traiiciēdum in Epirum & gręciam accomodatos. Hinc quãtum ſpei cōcipere poſſis nō ignoras: cum mandatis tuis obſequentiſſimus futurus ſit ſp. Florentinos itē pollere terra ac mari tua oſtendunt decreta: cũ belli partē eis deſignaueris. Senenſes Lucēſes Ferariēſis marchio additamenta ad hanc rē nō parua uidenť. Ducē ꝑterea Mediolanēſiũ Galeatiũ uicecomitē potentē milite comeatu pecunia facile in ſniam tui deduces: mō bellum ſuſcēptũ incoheť. Venetos florentes copiis & opibus ad tñ bellũ ceteris promptiores cognoſcimus: & ꝗ hoſtes qbus cũ quinquēnio uariis caſib9 bellum geſſere finitimos habent: & ꝗ nuſquã maiorē opportunitatē augendi rem & gloriam Venetã hac habituros ſe ſperant. Maxime ãt ſub tuo hoc fœliciſſimo pōtificatu: quo oia ad pacem populorum ad concordiam principũ & regũ ſpectare uidenť. Multa ſunt beatiſſime pater q̄ te ad hoc bellũ debēt impellere: honor chriſti ꝓ quo & mors eſt obeũda: cũ ipſe q deus erat & homo pro noſtra ſalute grauiſſimōs cruciatus uſq; ad interitum eſt paſſus. Periculũ quod imminet ceruicibus xp̄ianorum oium ſequiente illa immaniſſima beſtia: charitas patrię tuęque ꝓpe in faucibus barbarorũ eſt poſita: qua ſublata tãquã refracta porta huc hoſtes humani generis ut rabidę tigres ſunt deuolaturi: ad explendã ſitim quã de ſanguine xp̄ianorũ concepere. Retinendi ſunt Veneti in angulo italiæ quorũ nulla maior aut ſanctior noſtra ętate reſp. eſt. Fouendi atq; iuuandi oino ſunt. A nobis. n. exteras gentes & barbaras ſuo ſudore ſuo ſanguine reiiciunt. Mare hadriaticũ: Ioniũ: ęgeũ tutum nauigantibus ꝑſtant: ꝓuinciam uberē & abũdãtē reꝝ oium copia faciũt: libertatē italicã tuenť. Tyrãnorum quorũdã ſęuitiã cohibēt facta populis ſpe ad eos tranſeundi ſi grauius & iniquius opprimerentur. Bello nauali quo ipſi ſoli plus pene poſſunt: q̄ reliqui q nauigatione utunť. Thurcũ adorianť. Centum. n. triremiũ claſſem: omitto onerarias: quaꝝ magnus eſt numerus inſtruere poſſunt: qua hoſtē uel intra anguſtias Helleſpōti & boſphori ꝑſequenť. Bello terreſtri tu cũ reliquis ſociis adiuuantibus eiſdē Venetis hoſtē aggrediare inſta urge: ac domũ Epirũ Macedoniã: pelloponēſum: Atticã: Boetiã: Thraciã: & Cōſtantinopolim caput orientalis imperii e faucibus rabidi lupi eripe. Subſequenť auctoritatē tuã germani: ſubſequētur galli & hiſpani: ſubſequentur deniq; omnes xp̄iani nominis: q nihil aliud expectare uidenť q̄ ut abs te ſignum crucis: ſanctiſſimũ uexillũ efferať: accenſus pulchritudine glorię qua te celebrari imperator audiet pariet tandē quod iãdiu parturit tot conuentibus ob hanc rē in germania habitis: te ſolum omnes intuētur & inſpiciunt ituri quoquo imperaueris. Tolle itaq; uexillum

ſanctiſſime pr̄: & ut optimū ducē par ē in hoſtē ſigna moue. Hoc ut facias te de9 ipſe adortat̄ monet ípellit: hoc pietas: hoc religio: hoc hūanitas: hoc deniq̧ illoꝝ calamitates qui dominatū & potentiā crudeliſſimoꝝ barbarorū tot ānos patiunt̄. Videor audire eoꝝ gemit9: uidere lachrymas: ſupplices manus ad te porrectas: ut eos a pœnis a cruciatibus ab oī gn̄e ſæuitię: a ſuitute ipā morte grauiore tandē ꝑ tua miſericordia & pietate liberes. Hoc bellū ēt xp̄ianū rēp. pene labantē cōfirmabit: beatiſſime pr̄ & tibi gloriā cū ęterna laude pariet.

Diuerſorū academicorum panegyrici in parentalia. B. Platynæ

Proſper ſpiritus uiterbienſis in morte Platynę epigramma.

Qui res pontificum ſacras & geſta piorum:
Quiq̧ ducū uitas nobile fecit opus.
Quiq̧ modū docuit quo laudat hōeſta uoluptas.
Et quo ne iuuenes torq̄at acer amor.
Pluraq̧ q̄ longū eſt ꝑperans cenſere uiator:
Omnia ſidereę pignora mentis erant.
Viuit adhuc platyna: & q̄q̄ cōceſſerit orco:
Ius habet in uatem parca ſeuera nihil.

Proſper ſpiritus uiterbienſis ad demetriū Platynę funus curantem.

Concordes homines uterq̧ doctus.
Sed demetrius eruditus a te:
Et uates platyna: tuis alumnus
Formatus digitis: bonas ad artes
Vidi uerticis: omnium ſororum:
Qui curat tibi buſta diligent̄.
Tyronis pia laureęq̧ cultu:
Nunquam prodidit elegante lingua.
Mens tantum ſapientiam patroni.
Quantum mi platyna tuus miniſter.
Cœlo laudibus imminens ſupremis

Angelus cāmpanus ip parētatione Platynæ.

Ducere ſi longę didiciſſent ſtamina uitę:
Parcere uel cuiquā fata ſeuera nimis.
Nobiſcum platynas plures uicturos ī ānos:
Manſiſſet noſtro gratus & uſq̧ ioui.
Nunc illū eſquilię: nunc illū deflet ademptū:
Cuſtodem xiſti bibliotheca ſuū.
Viuet in extinctū nomen dū roma manebit:
Dum papę ſedes: dum caput orbis erit.

Carolus Berardus Cæſenas.

Epitaphium. B. Platynę.

Romanā (heu dolor) eloqum: muſæq̧ latinæ
Quo platyna hoc paruo cōdita ſunt tumulo.

Conſolatiō ad amicos.

Quid platynā pia turba gemis tibi nuꝑ adēptū
Nō obiit: cuius nomē honoſq̧ manēt:
Parte ſui platyna eſt multo meliore ſuꝑſtes:
Fama uiget terris: ſpiritus aſtra tenet.

Manilius Rallus.

Demetri lachrymas pioſq̧ fletus
Nec non triſtia iuſtaq̧ merentis
Patroni parat oſſibus iuuato
Spectator gemitu nouoq̧ planctu.
Doctę quo platynæ excitentur umbræ:
Res hæc officioſa nec pudenda:
Quam cū fœnore poſtulant ſepulchra:
Vſtis quam cupit oſſibus referri
Quicunq̧ ad ſtygias uocatur umbras:
Quod ſi fleueris hæc dolenda iuſta:
Degas ſæcula longiora iuſto.

